



1. Olearij s. Gottfr. / diff. de Morte et vita
 Sidellum cum Christo, Lipsia 1710.
 2. Olearij s. Joh. / diff. de correptione
 Concionatoria, Lipsia 1684.
 3. ————— diff. de Lachrimis Christi sub
 ingressum Hierosolymorum fusis,
 Lipsia 1683.
 4. ————— diff. de resurrectione spiritua,
 li Lipsia 1698.
 5. Oporini s. Joach. / programma de Demon,
 ratione Spiritus ac virtutis.
 6. ————— diff. de usu docto Simplici,
 fato contra scepticos, Goettinga 1738.
 7. Ortlob s. Joh. Christopher / diff. de Samue,
 le Iudice et propheta non pontifice
 aut facerote iudicante Lipsia
 8. ————— diff. de pacto Davidis et Abneri
 contra Iacobum, illico, Lipsia 1709

FALSITAS, VANITAS, NOVITAS,

Sacrificii Misticati, Cultus Angelorum,
Sanctorum, & Reliquiarum
religiosi,

ASSISTENTE S.S. TRINITATE,
PRÆSIDE

*Viro, Summè Reverendo, atque Dignissimo
DOMINO*

JOH. CHRISTOPHOROPFAFFIO,
S.S. Theologiæ Doctore, Ejusque in Alma Eberhardina Professore Ordinario, Celeberrimo, Ecclesiæ Decano Spe-
Etatissimo, & Ducalis Stipendii Superattendente Gravissimo,

Præceptore atque Patrono suo omni observantiæ & ob-
sequii cultu piè Devenerando.

Offensa,

publico que examini proposita,
D. 29. Maji H. Lque. S. An. MDCCXIV.

Ab Auctore

M. JOHANNE ÆGIDIO HAAS,
S.S. Theol. Stud.

TUBINGÆ,

Literis HIOBI FRA NCKII.

BATIMAN ORTHOGRAPHIA

ETIQUETTA ETIQUETTA ETIQUETTA

Q. D. B. V.

Duo potissimum Pontificii adhident media, quibus religio-
nem Protestantium extirpare satagunt, quorum alterum
est *violentia*, dum scilicet flammis & ferro in fidelem
Christi gregem saeviunt, & cum Tyranno Cajo Caligula
vovent: *Utinam illa Cervix!* quod ipsum medium quan-
ta exercuerint crudelitate Vesperæ Gallicanæ Sicilianis
olim similes loquuntur, quæ plures quam centena millia hominum
utriusq; sexus cum liberis interneconi dederunt, unus enim Cruciaris,
homo vere cruce dignus, imani sèpius vesania jaçtare confuevit, cum
nudum brachium exfereret: hoc se 400 amplius homines in illa laniera
maectasse, quod facinus indignum Gallico nomine Sequana non abuet
suis undis; hinc & cordatus Thuanus Pater Parlamenti Parisiensis Præses
hosce Statui Papini vericulos repetere solebat, quando laniera memi-
nisset:

*Excidat illa dies aeo, nec postera credant
Sæcula: nos certè taceamus & obruta multa
Noëte tegi propria patiamur crimina gentis.*

vid. post Thuanum Heidegg. Hist. Pap. Period. VII. §. 195. seq. Alba-
nus Dux in Belgio, immanem quantam exercuerit in Protestantes ty-
rannidem ipse non semel in conviis ad aucupandam Pontificiorum
gratiæ gloriabatur; maxima, ajebat, se pro Papatu & optimè gessisse, nam
intra sexenium hoc imperii sui in Belgio interemtos esse ad 18000. tantum car-
nificis manu, exceptis iis, quos acies bellica devorasset; item plus quam octo
dominas anni per ipsum redisse in ararium Regis ex confiscatione fortunarum
Lutheranorum, & sic crevisse Regis redditus; uti ex Meterano refert Wol-
fius in Lett. Memor. T. II. f. 952. Nec minor erat in Protestantes perle-
cucio quæ Anno 1685. totam Galliam pervasit, qua nullam forte gra-
viorem ex sententia Leydeckeriota in Antiquitate legas, & quæ iis af-
flicxit Protestantes ac Hugonotos calamitatibus, quæ inter furores gen-

A

tilium

tilium Cæsarum olim inaudita fuerunt judge Rechenbergio in *Hist. Eccl. Sec. XVII. c. II. §. 3.* in ea enim pertracto ad tremenda mysteria Missæ abhorrentes animæ, avulsi a parentum amplexu infantes, & pueri, violata omnium conjugiorum iura, uxores date claustris, mariti damnati ad tritemes, tota Gallia mutata in carcerem, ibi nihil non permisum est missorario militi in virgines, in matronas, in puerulos, in juvenes, in viros, in senes, gaudente iterim Roma & hymnos canente Deo quod Calvinianorum tanta multitudo se suo regno subdidisset; sunt verba Leydeckeri in *contin.*
H. E. Horn. p. 21. Transeo alia crudelia Pontificiorum molimina quibus religionem Protestantum penitus extirpare tentarunt. At cum haec sanguinolenta machina non ubique adeo feliciter cesserint, & semina religionis pulsa persecutionis hieme & vernante Ecclesia pace copiosius creverint, hinc mutato consilio non deposito animo nocendi atque eccelestem nobis veritatem eripiendi excogitarunt medium, varias quippe fraudes, technas & sophistications, quæ nos in ipsorum invitarent castra, quarum non postrema est *Via Antiquitatis*, quam non ita pridem denuo post multos alios ingressus est larvatus Zephyrinus de Pace in tr. Wideraufrichtung der ersten Christlichen Kirchen, in quo dogmata Pontificiorum testimonii ex Antiquitate Ecclesiaz primitiva petitis palliare allaboravit, qua vero fide, quo animi candore ac integritate norunt ii, qui vel primis saltē labiis Ecclesiasticas degustarunt Antiquitates; examinabimus ob chartæ angustiam aliquod faltem capita, & demonstrata prius dogmatum Pontificiorum falsitate & vanitate larvam Antiquitatis detrahemus. Antiquus dierum Spiritus sancti gratiam nobis indulgeat, qui nos in agnita antiquorum Christi Apostolorum, & canæ & sanæ Ecclesiaz Doctorum dogmatum veritate confirmet, atque in eā nos vivere & mori patiatur.

Thes. I.

Sacrificium Missaticum nullis ex Scriptura S. petitis oraculis firmatur, ἀτίγηφεν potius est, rationibusque legitimis, ut & ipsorum Adversariorum confessionibus destruitur, omni denique in faniore Antiquitate priorum Ecclesiaz Christianæ seculorum destituitur præsidio.

Ἄγαρ esse hoc dogma, ex eo apparet, quod nullum Adversarii idoneum oraculum producere queant, quo illud firment; divino enim man-

mandato, promisso, & probato exemplo destituitur; & certe concipi non potest tres Evangelistas & Apostolum Paulum ita exacte recitavisse & repetuisse institutionem Christi, nulla ne minima quidem mentione facta de munere aut institutione muneris sacerdotum sacrificantium corpus Christi, nulla mentione facta ullius elevationis hostiæ, ullius adorationis aut adorata hostiæ a discipulis, discipulis ad mensam sine ulla adorationis gestibus quietè accumbentibus, & Christo neque offerente quicquam Deo neque ad Deum sermonem dirigente; ad quam lucem XXIII. Episcopi in Concilio Tridentino evigilarunt, Christumque in ecclia sacrificasse negarunt. vid. Suav. Hist. Conc. Trid. Lib. VI. quod Sfortia Pallavicinus ipse diffiteri non potuit, in Hist. C. T. Lib. XVIII. c. II. f. 39. & quam inepte quædam Scripturæ loca hoc detorquent Adversarii infra demonstrabimur. A vñi pñcto esse hoc dogma vel ex sola epistola ad Ebreos liquet, in qua Apostolus totus in eo est, & fusa docet atque inculcat: omne sacrificium propitiatorium secundum ordinem Melchisedeci in unico sacrificio crucis, in vera & unica morte Christi reperiri. vid. inter alia cap. V. 6. 7. 8. 9. 10. & quidem ita ut non debat iterari cap. VII. 25. 26. seq. conveniebat talem habere sacerdotem summum, quin esse non haberet quotidie offerre & sacrificare. Caput IX. & X. omnem sacrificii sufficienter propitiatorii iterationem clarissimis verbis & sapienter rejiciunt; non modo enim docet Apostolus, Christum una oblatione consummasset in perpetuum eos qui justificantur cap. X. 14. opposite sc. ad sacerdotem Aaronicum, de quo v. 11. dixit: quod omnis sacerdos adit quotidie administrans & offerens iteratis vicibus eadem sacrificia que peccata tollere non possunt. & versu præcedenti 10. sanctificatos nos esse per oblationem corporis JESU Christi semel factam. Et ut præter ea profanam cogitationem de iterando sacrificio vere propitiatorio aboleret expresse assit c. XI. 25. 26. Christum se non offerre iteratis vicibus alias debere sapienter pati; quia scilicet omne sacrificium propitiatorium exigat necessaria destruptionem rei, quæ offertur, absque enim effusione sanguinis nullus sit remissio peccatorum, ut ait idem Apostolus c. IX. 22. Ad ea quæ ad hæc reponere solent Adversarii, sc. Christum non posse quidem offerri sapienter aut iteratis vicibus oriente, sed posse tamen offerri in cruento sacrificio; deinde hoc ipsum sacrificium non esse sacrificium proprium aut sacrificium distinctum a sacrificio Christi in cruce peracto, sed applicationem & representationem sacrificii propitiatorii in cruce peracti; hæc pauca regerimus:

nempe figura hæc atque commenta in ipsum DEI verbum arietare & contra Theologæ Pontificiæ ipsa principia militare. Hincum certe & vanum Apostoli fuisset ratiocinium, quo concludit; quod, cum sub lege singulis diebus oportuerit offerri sacrificia, nunc sub Evangelio non amplius opus sit illa iteratione, quia Christus id unica oblatione semel fecerit Ebr. VII, 27. si tempore ipius sacrificium incruentum propitiatorium quotidie fuisset iteratum, debuisse certe saltem Apostolus mentionem aut exceptionem aliquam facere sacrificii illius, quod posset & deberet quotidie & millesim simul vicibus sub Evangelio necessariò iterari; imo Apostolus rationem potius adhibet peremtoriam, quæ omnem tertiaversandi rationem adimit & omnem iterationem sacrificii propitiatoriū longum rejicit Ebr. X, 1. 2. deinde Apostolus expresse testatur non posse dari remissionem peccati adeoque nec sacrificium hilasticum, quo ea oblineatur, *χρεὶς ἀμαρτησιῶν* Ebr. VII, 32. quoties offertur Christus, toties ipsum pati, mori necessum est ex hypothesi Apostoli Ebr. IX, 26. proinde in Missa vel non offertur vel sacrificio cruento offertur, atque ita *Missifex Christum interficit, quoties missificat*, & pejor est *Judeis*, qui Christum semel tantum interfecerunt, ut loquitur B. Scherzerus in *Syst. p. 412.* Ad alterum asylum quo Adversarii confugint, quasi scilicet sacrificium Missaticum non sit sacrificium distinctum à sacrificio crucis cruento, sed demum istius representatio, commemorationis applicatio; quæ si Missa non est sacrificium propriæ dictum s. sacrificium aliquid propitiatorium, sed tantum commemorationis & applicatio sacrificii propitiatoriū Christi, cur E. sub initio Reformationis tot è nostris tribus face & ferro perierint, quod affererent in Eucharistia solam commemorationem & applicationem sacrificii propitiatoriū Christi non vero sacrificium propriæ dictum fieri. 2. Si nulla sit neque iteratur in Missa propitiatio nullusque reatus culpa tollitur, cur E. Concilium Tridentinum eam tam expresse verum sacrificium & vere propitiatorium appellat, & pro talibus anathemate habendum jubet *Sess. VI. can. III.* 3. Ubi Christus offertur DEO in victimam pro peccatis, non applicatur, ratio, quia applicatio non DEO sed nobis fit, in Missa offertur DEO, E. 4. Si necessario esset Christus quotidie sacrificandus, ut sacrificii Christi fructus & beneficia nobis applicarentur, quid quæso fieret tot fidelibus, qui sine usurpatione & cognitione sacrificii Missatici obierunt? imo nonne & ante & post institutum Eucharistiae sacramentum

tum in numero fideles sibi sacrificium Christi e jusq; omnia beneficia applicarunt sine interventu Missæ aut sacrificii Missatici. 5. Si sacrificium per sacrificium applicandum, dabitur processus in infinitum. 6. Aliud est commemorationis sacrificii, aliud est sacrificium commemorationis Eucharistie; prior appellatio competit Eucharistiæ, non posterior. vid. Rysenii Compendium Turret, p. 263. Et quomodo idem erit numero sacrificium cruentum cum incruento, ubi Christus nihil patitur, nec ullus sanguis extra venas funditur. Deinde si Missa est unum & idem numero sacrificium, sequitur omnes pariter Missas s. tot myriadas Missarum à tot seculis celebratas esse unicam in numero Missam s. unum numero sacrificium Missaticum; si vero hoc est, non deberent, E. numero plurali numerare Missas, imo non plus deberet pro duabus quam pro una Missa accipere Sacrificia. vid. Steinberg, de sacrificio Missæ p. 9. seq.

Ad scripturæ loca, quibus hoc suum dogma palliant Adversarii, reponimus sequentia: Primarium conclamatæ Missæ præsidium adducitur ex Gen. XIV. 18. at Melchisedech non obtulit panem & vinum sed Nostra Verba protulit, LXX. ζινε καὶ, eduxit ex versione Pagnini & Ariazmontani, quin plerq; & ordinariæ Vulgatae Versionis editiones habent: *proferens panem & vinum, non vero offerens.* Non enim h. l. agitur de functione sacerdotali, nullius enim altaris mentio sit, sed de munificentia & liberalitate Regia, qua milites Abrahami desatigatos reficere voluit & amicum viætorem Regio epulo excipere, ut veteribus hoc moris fuit redeuntibus ex prælio & Victoria potitis panem & vinum offerre ad eos refocillandos; sicut fecerunt incole Succoth obviam eentes Gedeoni post debellatos Midianitas cum pane Jud. VIII. 5. hinc & ipsem et Josephus ista Melchisedeci munera diserte ζινa appellat Ant. Lib. I. c. 11. conf. Heidegg. Hist. Patr. T. II. Exerc. II. f. 22. quod & complures Papistæ οὐαὶ τοις in primis Cajetanus, qui propterea male audit a Natali Alexander, Andradius Tridentina Synodi hyperaspistes & Vatablus ingenui fassi sunt. Vid. Heidegg. Hist. Conc. Tid. I. II. f. 152. at excipit Natalis Alexander in Hist. Eccl. V. Tom. I. f. 213. improbable hoc esse, nam Abrahānum cum spolis opimis hostium & annona rediens pane & vino ad reficiendos milites aliunde quæsito non egnisse. Resp. cum Pererio ad Gen. XIV. parum in hac confutatione esse roboris, quia vel hoc nescivit Melchisedech, vel si scivit voluit nihilominus eo munere suam erga Abraham benevolentiam & ex victoria ejus singularem latitudinem declara;

rare ; deinde spolia omnia non sunt esculentia ; moris fuisse, quem si ipse negat, jam supra ex Jud. VIII. 5. ostendimus. Provocat porro hic Doctor Sorbonicus ad *Jud. VI.* 18. in quo eadem vox Κύριος eodem sensu occurrat. At i. posito non concessio vocem istam semel in Scriptura S. ita sumi, quid iniquius quæso, quam deserta comuniore & ordinaria vocabuli significatione divertere ad insolitam & infrequentissimam, maximè ubi nec ratio nec ullæ circumstantia talem exigunt, aut ferre possunt significationem, ut jam vidimus ; deinde afferre vel adducere idem esse quod offerre ac sacrificare, nullis fidiculis unquam efficietur. Porro si obtulisset in sacrificium, obtulisset E. Abrahamo sacrificium, quod absurdum & impium ; & posito, nunquam tamen concessio, Deo aliquid oblatum, non necessario tamen sequitur in sacrificium ipsi oblatum, conscientibus enim ipfis Adversariis non omne quod Deo olim oblatum statim fuit sacrificatum, Israelitas enim olim aurum, argentum, gemmas, pilos caprinos, pelles evillas & alia Deo in deserto offerentes nemo sine grandi absurditate sacrificasse dixerit. Præterea nullus video, quomodo sacrificium panis & vini hic possit statui, cum nulla mutatio, nullaque destrucción rei oblatæ facta fuerit, quam tamen necessario ipsi DD. Pontifici exigunt in omni sacrificio. Denique si Melchisedech proferendo pane & vino sacram Cœnam præfiguravit, cur vinum in illa Missifice Laicis suffurantur. vid. *Dorsch. de Missa c. III. p. 49. 104.* Si querunt Adversarii : Ubinam memoretur sacrificium aliquod Melchisedeci, si hic non exprimatur, nec in panis & vini oblatione confitatur. Nostrum non esse explicare & revelare, quæ DEUS occulta voluit, sicut enim mystica & extraordinaria plane sunt, quæ de hoc Melchisedeco euneiat Apostolus in epistola ad Ebreos, & sicut ejusdem Genealogiam, parentes & mortem silentio voluit velare ob certas rationes, haud mirum naturam sacrificiorum ejus non fuisse revelatam ; dein præter diversas alias a viris doctis allatas rationes silentii hujus & hæc mystica dari potest : scilicet Melchisedecum cum hostiis & sacrificiis non repræsentari more aliorum sacerdotum distincte cum suis hostiis & sacrificiis memoratorum, ut hoc ipso Melchisedecus repræsentaret mystice illum, qui simul & sacerdos & ipsa hostia foret. Quod ad Patrum testimonia quæ magno numero allegat *Natalis Alexander l.c. conferunt illi Melchisedeci donaria cum Cœnæ symbolis*, non inde inferunt carnale aliquod sacrificium *Missa uti Hostiæ Sacram. Lib. V. 13. & Mornens*

nexus de Eucharistia irrefragabilibus testimonis demonstrant. Et quid si loquuntur in rebus fidem concernentibus homines omnes, & faceat DEUS? quamquam sensus Patrum cum Adversariorum sententia minime confiret, uti docuit Heidegg. *Iam. Conc. Trid. P. II. p. 158. seqq.*

Ad Rabbinorum consensum frustra configiunta dversarii illorum enim si valeret sententia, nec nos sacramentum Eucharistia à Christo institutum haberemus, nec illi sacrificio Missæ a Papa subintroducto gauderent; imo Rabbinos potius Missam Melchisedici sacrificio inadūcitatam refellere ingenue ipse fassus est Lyranus. vid. Steinberg. de *Missa p. 45. 56. Lnc & Ojland. Id Est. in Gen. XIV. Renecii Panopl. T. IV. f. 276. Chemnit. Ex. Conc. Trid. P. II. f. 160.*

Neque agnus paschalis sacrificium Missaticum probat, ille enim non fuit sacrificium propriæ sic dictum, quod edocuit Franz. in *Schola Sacrif. diff. XII. §. 22. seq. p. 332.* sacer quidem codex agnum paschalem maciatum & manducatum esse afferit, immolatum vero & sacrificatum nullibi tradit. Porro agnus paschalis non fuit figura Eucharistia, sed Christi veri agni DEI qui tollit peccatum mundi Joh. I, 19. & qui est pascha nostrum pro nobis immolatum I. Cor. V, 7. cui os nullum fractum fuit Joh. XIX, 36. denique si celebratio agni paschalis fuit typus missatici sacrificii de hostiis consecratis & immolatis nihil est reservandum, ut typus cum veritate conveniat, nam de agno paschali nihil debuit reservari ex ipso DEI mandato Exod. XII, 10. at Pontificis hostias consecratas & immolatas reservant & pixidi inclusas diligentissime custodiunt. E. se ipsos confundunt. vid. Alt. Loc. Comm. P. II. p. 304.

Ad temoras & exceptionum tricas, quas nectunt Adversarii in Mal. I, 11. regerimus hæc pauca. Locus hic plane non quadrat, loquitur enim de spirituali cultu DEI inter gentiles præconio Evangelii constituendo, & vaticinatur sermone cultui legali accommodato. vid. Rysepins l. c. p. 264. dein locum hunc male allegari pro Missa Pontificia probamus ex seqq. 1. Si vox oblationis de proprio dicto sacrificio intelligenda esset, similiter & vox incensi accipienda fore, utrumque enim vocabulum Profera conjungit. Mal. I, 11. 12. 3. at consequens est absurdum E. si apud insosmet Pontificios Interpretes in confessio est incensum oblatum s. Oblation m. Incensi non sumi proprio sed allegorice de Incenso spirituali live de suffitu precum, quod ipse Cornelius a Lapi-

à Lapide probat ex Psal. CXLI, 2. & Apoc. V, 8. ubi ἵξενάτοι incensa s. thymiamata esse preces sanctas interprete ipsomet Spiritu S. 3. Oblatio, quæ ex quaestu conflata, accusatur v. 13. at talis est Missa Romanensis, E. 4. Nemo melior Interpres extare potest verborum Malachiaꝝ quam Apostolus, qui 1. Tim. II, 8. manifesto ad hoc Profetæ vaticinium respiciens, id quod Malachias dicit: munus purum in omni loco offerendum, vocat manus puras in omni loco attollendas in precum exercitio. 5. Tria dicuntur de ista oblatione, nimirum novitas, mundities, & Universalitas, quæ non possunt competere Missæ; non novitas, cum illam jam tempore Melchisedeci obtinuisse Adversarii contendant; non mundities, tum quia species panis & vini mundicie moralis non sunt capaces, tum quia imaginarium hoc sacrificium quotidie offertur ab hominibus impurissimis; non amplitudo, quia Missa nec ubi-vis, nec quolibet tempore, nec à quibusvis offerri potest. At hæc prædicta in sacrificia potius mystica & spiritualia cadere probavit Steinberg. loc. c. p. 161. 6. Accedit calculus Hieronymi, qui in Mal. I. ait: Ut sciant carnalibus victimis spirituales victimas successisse, & nequaquam taurorum bircorumq; sanguinem, sed thymiamata i. e. sandorum Orationes Domino offerendas. Huic ipso calculo Tertullianum, Chrysostomum, Eusebium, Justinum, Irenæum & Augustinum subscribere Chemnit. l. c. testatur.

Joh. IV. 23. Christus adorationis non Missæ superstitionis intellexit cultum, quod contextum insipienti patebit; dein hunc locum evertere magis quam adstruere sacrificium in singulis pene verbis docuit summe Reverendus Dn. Preses in Coll. MSC. Antipap.

Lubrica sunt quæ ex coena novissima Adversarii petunt argumenta; Christus enim in ultima illa coena si corpus suum Deo Patri obtulisset, & quidem in remissionem peccatorum, non amplius certe aliud postea in cruce offerri debuisset, Christus enim non bis sed semel tantum pro remissione peccatorum offerri debuit. Ebr. VII. 27. IX. 28. X. 12. 13. nam oblatio illa aut perfecta fuit aut imperfecta, imperfectam non dixeris, E. perfecta, at si perfecta certe non denuo & quidem longe atrociori supplicii genere offerri necesse habuit; quod cum multis aliis in primis Georgius Ataides Theologus Regis Lusitanus in Concilio Tridentino ursit, apud Snavem Lib. VI. p. 934. neque Adversariis favere verba εὐλογίας, ποιεῖτε &c. & citius aquam ex pumice quam sacrificium Missæ ex his elici posse verbis demonstrarunt Baltb. Bebel, in Bericht von

von der Mef. p. 115. seq. Steinberg. l. c. p. 64. seq. Scherz. Syst. p. 407. Heidegg. l. c. p. 170. seq. Chemnit. l. c. f. 159. seq. alia plura quæ gratis in hanc rem congerunt argumenta, cum minoris sint momenti, eaque jam centies Nostri solverint, ob chartæ angustiam taceo.

Nunc ad rationes, quæ sacrificium hoc evertunt. Et quidem 1. evertit hoc dogma ipsa sacrificii natura, in tota enim actione S. Coenæ nihil inventi potest, quod sacrificii habeat rationem, non benedictio, nec exhibitio, nec mandatio, neque quicquam destruitur. Sacrificium propriæ dictum requirit altare & sacerdotem externum, at in N. T. nullum altare, nulli sacerdotes externi, Heidegg. l. c. 118. 2. Natura sacramenti, quod non potest esse sacrificium; in sacrificio enim homines dant Deo, in sacramento Deus homini; in Eucharistia Deo nihil damus, sed corpus & sanguinem Christi accipimus. Chemnit. l. c. f. 173. 3. Natura Testamenti, quod ita firmum & inviolatum manere debet, ut nemo illi superordina-re quid possit, & debeat. Gal. IIII. 15. at tale Testamentum est coena Domini Matth. XXVI. Marc. XIV. 24. E. sacram Christi Testamentum violat, qui Missam Pontificiam celebrat, quia illa nihil aliud est, quam talis superordinatio & additio humana, si quidem in ipsis Testimenti verbis nihil de ea habetur. 4. Facit hoc dogma sumمام Christo injuriam. Vid. Scherz. Syst. p. 410. 5. Est blasphemum, nam Missifices se vocant Creatores Creatoris sui, ut est apud Gabr. Biel, qui Lect. I. in Can. Misse ita: qui creavit me, dedit mihi creare se, & qui creavit me sine me, creatur mediante me. Et alibi afferit: sacerdotes digniores esse Regibus, Angelis, B. V. Maria, quia Christum creant. 6. Abominabili & plane novitio iniicitur dogmate Transubstantiationis. Vid Magnifici Dni. D. Jägeri disputatione peculiaris de novitio dogmate Transubstantiationis. Steinberg. Anat. Pap. P. II. p. 106. seqq. Forbesi Instructiones Hist. Theol. Lib. XI. c. IX. usque XIX. &c. 7. Latas portas aperit idolatriæ, quod & ex ἀπολατεῖαι & ἀπολατεῖαι appetit, qui vero cultus quam lubrico & infimo stent tali, præter alios præclare demonstravit Valkenier in Roma Paganizante. 8. Præbet patrocinium abominandis illis hæreticis, Saturninianis, Marcionitis & Manichæis, qui impie dicebant: Christum non vere sed putative & in phantasmati passum esse. vid. Forbes. l. c. XX. §. 17. 9. Charakter est Antichristi uti ex Dan. XII. Heil-brunner in Uncathol. Papstum f. 84. docet. 10. N. T. evertit, quia sacrificia proprie dicta ad solum Vetus pertinent, quæ Christus unica oblatione

tione in perpetuum sustulit. Ebr. VII. 11. hinc nullus amplius locus sub N. T. superest sacrificiis externis , sed tantum spiritualibus & mysticis. Mal. I. 11. Ebr. XIII. 25. 1. Pet. II. 5. Apoc. I. 6. 11. Immanes & plures absurditates atque contradictiones quam in Apulia muscz, cum caletur maxime, in Missa reperiuntur , inquit & docet Scherz. l. c. p. 413. seqq. Ryssenius l. c. p. 264. Heidegg. l. c. 149. Gerb. Confess. Cathol. f. 1201. & Missa Canon erroribus scatet, ut caseus vermisbus; quod ostendit Heidegg l. c. p. 209. Heilbrunn. l. c. f. 161. seqq. 12. ipse vox Missae Missam jugulat, non dum enim in hunc usque diem Adversarii concordes sunt, num ex Ebraeo vel latino illa derivanda sit sermone; hinc cum unicuique liberum relinquant, quam eliciat etymologiam, ex hac ipsa libertate quidam è Nostris Pontificiis Missam non inepte dici contendunt à divina institutione omissione atque à mundinatione sacrificiorum & populi multitudine , quales esse solent in mundinis , quas Germani vocant Messe five Jahrmarkt. vid. Balth. Meis. de sacram. V. & N. T. diph. XVI. p. 130. seq. 13. producimus testimonia Patrum. e. g. Justiniani, qui in dial. cum Tryph. ita : Esaiam ceterosque profetas non polliceri cruentarum victimarum aut libationum instarationem, sed veras ac spirituales oblationes laudis atque gratiarum actionis. & Apol. 2. Colimus Deum non victimis sibi ingratias , sed precibus & laudibus . & gratiarum actionibus. Clementis Alexandrini Strom. Lib. VII. Si gaudet honorari Deus, cum natura nullus indigeat, non abs re nos Deum precibus honoramus, & hoc sacrificium optimum & sanctissimum cum iustitia emitimus &c. Tertulliani Lib. contra Jud. Hunc , ait , oportebat pro omnibus gentibus fieri sacrificium , qui tanquam ovis ad victimam datus est. Origenis Homil. in Numer. Unus est agnus , qui totius mundi potuit auferre peccatum , & ideo cessaverunt ceterae hostiae , quia talis hec fuit hostia , ut una sola sufficeret pro totius mundi salute. Cypriani serm. de bapt. Christi: sacrificium Christi , inquit , quod in cruce obtulit , sic in beneficio Dei constitut acceptabile & perpetua virtute constitut , ut non minus hodie in confessione Patris olatio illa sit efficax , quam ea die qua de funcio latere sanguinis & aqua exivit. Testimonia plura & ex modo citatis Patribus , & ex aliis Eusebii quippe, Lactantio, Chrysostomo, Ambrosio, Hieronymo, Augustino &c. quæ pro nobis militant , notavit B. Dötsch. in Mysar. Missa p. 299. Morn. de Euch. p. 110. 14. accedunt suffragia Juris Canonici , quæ collegit summe Reverendus Dn. Praeses in peculiari tr. Th. XLVI. p. 51.

p. 51. seq. & ipsorum Doctorum Pontificiorum, quorum plures in ipso Concilio Tridentino, uti ex Suavis Historia patet, negarunt hoc sacrificium ex Scriptura posse demonstrari, atque hinc ad Traditiones non scriptas confugerunt; cuius quoque sententia est Baronius in *Annal. ad ann. LIII.* §. 13. & Salmero *Tom. XIII. in Rom. disp. 8.* ubi rationes nonnullas subjecit, cur non fuerit consultum literis hoc dogma in Scripturis confirmare.

Nunc tandem probandum suos natales hoc dogma debere non auctor Apostolico seculis prioribus, sed prolem esse seculorum posteriorum à doctrina Apostolica sensim sensimque recedentium. Christi atque Apostolorum ætate Missam fuisse ignotam supra jam jam ex silentio non tantum sacrarum Pandectarum sed & manifesta negatione ullum amplius in N. T. sacrificiis locum esse relictum ostendimus; hinc illa ætate nihil simplicius coenæ institutione & celebracione, nihil a theatrica pompa erat alienius. Jaçtant quidem Adversarii in scriptis Apostolicis hoc dogma confirmari, quæ sunt Liturgia Jacobi, Petri, Matthæi, Joannis, Clementis Romani, B. V. Mariae & Dionysii Areopagitæ; at conatu plane frustaneo, Jacobi enim Liturgia ante Proclum nulla mentio occurrit, nam quod Baronius ad A. C. LXIII. §. 17. pro hac Missa Cyrilli Hierosolymitani catecheses allegat, & verba nonnulla ex Jacobi Liturgia desumpta esse putat, in eo oppido fallitur, cum verba illa non ex Jacobi Liturgia in Cyrilli catecheses, sed ex Cyrilli catechesibus in Jacobi Liturgiam transierint; sane si Patres IV. & V. Seculi Jacobi Liturgiam cognitam habuissent, vocem ὁμοοὐλη contra Arianos, & vocem θεοτόκη contra Nestorianos ex Jacobi Liturgia, quæ utramque vocem adhibet, firmare potuissent; plura novitatis indicia, quæ Jacobi Liturgiam multis post Apostolicam ætatem seculis compositam produnt, observarvit ipse Natalis Alexander in *H. E. T. III. f. 39.* seq. vid. & B. Itig. de *Psendepigr.* p. 223. seq. *H. E. Sec. I. p. 14.* seq. puris auctoritatis est illa Petri Liturgia, quam & Cardinalis Bona spiriam agnovit & ab aliquo sacerdote Italo-Græco conscriptam esse suspicatur; & Nicolaus le Nourry Ordinis Benedictini Presbyter in *appar. ad Biblioth. Patr.* hanc Liturgiam vel sola lectione corruere facetur, ad quos accedit Natalis Alexander *I. c.* neque melioris fidei sunt illæ Matthæi, Joannis, Clementis Romani, Dionysii Areopagitæ & B. V. Mariae Liturgiae; quarum auctoritatem excusfit B. Itig. de *Psendepigr.* p. 222. seq. At non solum auctor Apostolico verum etiam subsequentibus proximis

seculis Missam ignotam fuisse, ex ritibus, qui in celebratione Eucharistia observati sunt, firmissime probamus; qui quam simplices fuerint, quamque ab omni mimica actione alieni, testatur Bartholomaeus Platina, qui vixit tempore Sixti IV, a quo Bibliotheca Vaticanae praefectus erat, in *Vita Xysti I.* his verbis: *Nuda, inquit, primo haec erant, & omnia simpliciter tractabantur; Petrus enim ubi consecraverat, oratione Pater noster Iesum est; Auxit haec mysteria Jacobus Episcopus Hierosolymitanus; auxit & Bajilius, auxere & alii; nam Cœlestinus Missæ introitum dedit; Gregorius Kyrieleison; Gloria in excelsis Deo Telephorus; collationes Hierowymus; Gelasius I. epistolam & Evangelium; Alleluja vero summi est ex Ecclesia Hierosolymitana; symbolum in Concilio Nicæno; mortuorum autem commemorationem Pelagius inventus; ibus Leo III. osculum pacis Innocentius I. ut caneretur agnus Dei, Sergius Pontifex instituit.* Similia plane Walafridus Strabo seculi IX. scriptor de reb. Eccl. c. XXXII. tradit: quod nunc, inquit, agimus multiplici orationum cantilenarum & consecrationum officio, totum hoc Apostoli & post ipsos proximi, ut creditur, orationibus & commemoratione passionis Dominicæ, sicut ipse precepit, azebant simpliciter &c. porro nostram sententiam corroboramus ex defectu altarium, quibus Christiani antiqui caruerunt, in persecutionibus enim trium priorum seculorum saevissimis & accurate descriptis nulla uspiam destructorum altarium mentio fit, cum tamen altaria in persecutionibus suis eversa acerbissime Latini hodierni commemorare soleant; imo gentiles potius exprobarunt Christianis, quod altaria non habeant Celsus videlicet Epicurus apud Originem, Coecilius apud Minucium, Julianus desertor apud Cyrrillum Alexandrinum. vid. Andr. Schmid. H.E. Sec. III. p. 99. successu tamen temporis altare quoque a Patribus mensam, in qua administrabatur Eucharistia, dictam fuisse, non inficiamur; at locutio haec tropica est & hyperbolica, qua studio dignitatem S. Eucharistie tum tueri tum evehere conati sunt adversus fastidium & contemptum imperitorum aut etiam Neophytorum gentilium symbola panis & vini ut vilia & ad religionis majestatem parum facientia aspernantium. vid. Dorsch. Diatyp. ad Conc. Nic. de S. Cœna p. 98. seq. Quenst. Antiq. Bibl. 808. Observ. Miscell. P. XIV. Observ. II. p. 115. Ex quibus itaque confinatur & conficitur id quod volumus: sacrificium quippe Misticum Antiquitati primitivæ penitus fuisse ignotum. Qui vero patiens nosse desiderat, quæ zetas hunc factum ediderit, evolvat Heidegger.

l. 60

I. c. p. 138. seqq. B. Bebel. Bericht von der Miss. p. 62. Georg. Major. de Mis-
se Orig. nobis sufficit indicasse & demonstrasse non esse antiquum. Ad
ea vero quæ ex Antiquitate depromunt Adversarii sequentia regerimus:
Sacrificium Patres Eucharistiam vocant, tum quia omnem actionem,
quæ fit ad colendum DEUM sacrificii nomine donarunt, prout expresse
Augustinus sacrificium definiturus Lib. X. de C. D. c. IV. ait: verum sa-
crificium est omne opus quod agitur, ut sancta societate inheremamus DEO,
tum ex intuitu veri illius & proprii sacrificii, quod Christus in passione
pro nobis obtulit, cujus memoria & grata commemoratione celebratur in
Eucharistia; tum quia in Eucharistia offerimus DEO sacrificium Chri-
sti & effusum ejus sanguinem, ut illum in pretium redētionis nostræ
& ad expiationem omnium peccatorum nostrorum dignetur accipere.
vid Forbes. l. c. Lib. XI. c. XIX. f. 617. seqq. Chemnit. l. c. f. 167. tum
quod publicæ & solemnæ preces pro omnibus, quarum forma est. 1. Tim.
II. 1. seq. usitate apud Veteres fiebant in actione Cœnæ Dominicæ, uti
testatur Augustinus ep. LIX. ad Paulinum. qua vero in Scriptura vocan-
tur sacrificia Ps. L. 14. CXLI. 2. Apoc. V. 8. VIII. 4.

N. T. Ministri Sacerdotes nominantur non quia sacrificium Missæ,
sed quia spirituales victimas offerunt, ut Eccl. LXI. 6. LXVI. 21. quarum
respectu non Ecclesiæ tantum ministri sed omnes etiam Christiani sacer-
dotes appellantur 1. Petr. II. 9.

Oblatio dicebatur, quia Cœnæ Dominicæ participaturi panes
ac vinum aliaque munera ad altare mensam Domini offerebant, unde
pars quædam, quantum sc. præsentibus communicantibus sufficere poterat,
in Eucharistiam consecrabatur, reliqua vero pars in usum & sublevatio-
nem partim ministrorum, partim pauperum distribuebatur, a quo ritu cir-
ca celebrationem Eucharistia usitato ipsa quo; Eucharistia dici cepit ob-
latio, ita, ut offerre in Cœna Patribus nihil aliud fuerit quam offerre dona
& eleemosynas; qua quidem appellatio videtur habere auctoritatem A-
postolicam, Paulus enim collationem pecuniarum & eleemosynas vocat dia-
coniarū τις λειτουργίας. Hinc προσφορά in Constit. Apost. leguntur Episco-
po, non ipso DEO offerendæ. vid. V. E. Loeschers Abgewiesener Demas.
p. 175.

Cultus Angelorum, Sanctorum, & Reliquiarum, religio-
sus & a Revelatione & Ratione rejicitur, prioribusque
Primitivæ Ecclesiæ seculis ignotus est.

Duo potissimum S. S. oracula ἀγγελοθεωνεῖαι dabant, quorum alterum Col. I. 18. ubi Platonici & Pharisei Angelorum cultores dabantur, alterum Apoc. XIX. 10. legitur, ubi Angelus cultum a se cum seria increpatione & adjectione verborum: DEUM adora, rejicit. conf. Apoc. XXII. 8. 9.

Adversus Angelolatriam & Hagiolatriam simul militant omnia illa oracula, quæ soli DEO cultum religiosam vindicant. v. g. Deut. VI. 13. quem locum Christus Matth. IV. 10. magno cum pondere recitat: Scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis & ei soli servies. Rom. I. 25. gentes Paulus reprehendit, quod præter Deum coluerint & servierint creaturæ. Porro nostram sententiam roboramus a modo orandi a Christo Apostolis tradito Luc. XI. 1. 2. in quo loco Servator Apostolos ipsum rogantes, ut se orare doceret, ad solum Patrem ablegat. Deinde conquerantur & perpendantur rite preces & deprecations maximorum delinquentium & reorum maximis etiam peccatis & scandalis oneratorum, & angeribus animi ac ærumnis maxime pressorum, non reperietur ullum ulilius fidelis aut penitentis ac deprecantis exemplum sine sub V. T. sine sub N. T. qui se aliud objectum in precibus suis quam ad unicum Deum convertat, & qui non dicat cum insigni illo peccatore Luc. XVIII. 13. O Deus placatus esto erga me peccatorem. Nonne DEUS nos ad se omnes invitat & summis peccatoribus mandat, ut se ad ipsum immediate conferant in mediis suis anxietatibus, & nonne precum ipsorum exauditio nem pollicetur Ps. L. 14. 15. Joel. II. 32. Ebr. IV. 16. Matth. XI. 28. Att. II. 21. Rom. X. 13. Job. XIV. 13. 14. XVI. 23. hinc & ipsi Adversarii v. g. Cottonus, Eckius, Salmero & alii ingenui confessi sunt, nullo solidi hoc dogma firmari posse ex Scriptura oraculo, & vivam saltem esse traditionem & consuetudinem; at si hoc agnoscunt, nonne tenentur simul fateri, id, quod sit ab ipsis, sine fide fieri, sine fide quippe illa, quæ est ex auditu verbi DEI Rom. X. 17. at sine fide impossibile DEO placere. Ebr. XI.

Multa quidem Adversarii cumulant dicta Scripturæ, quibus suffulcire hoc dogma allaborant, nos producimus saltem ea, quæ Natalis Alexander in H. E. Sec. V. T. V. c. 341. seqq. allegat, & ad ea breviter respondemus. Ad Gen. XLVIII. 16. p. per Angelum ipsum DEUM esse intelligendum, quia ipsius solius est servarepios ab omni malo, quemque ideo oramus in Oratione Dominica; Libera nos à malo. Atque ita intelle-

intellexit h. l. Athanasius & contra Arianos Orat. IV. vindicavit ; hoc argumento probans angelum, à Jacobo nepotibus benedicente invocatum, non esse unum ex creatis Angelis, sed ipsum DEI Verbum, quia non conjunx: set creatum Angelum cum DEO in suis precibus. 2. Male Natalis Alexander ex h. l. probare contendit invocationem sanctorum Patriarcharum Defunctorum, cum ipsius loci fateantur, Patriarchs non esse s. litos invocari, quia non admissi fuerint in celos, nec potuerint intelligere ordinarie orationes supplicantium. Dein reipsa quoad sensum convenienti: invocare in aliquo alicujus nomen & vocare aliquem de alicujus nomine. Evolvantur Concordantia Ebraica & innumera invenientur exempla e. g. Deut. XXVIII. 10. Jer. XIV. 1. Jes. IV. 1. Act. XII. 12. XV. 37. cui nostro calculo subscripti magni nominis Interpretes Lyranus nempe, Vatablus, Mercerus, & alii.

Ad Num. XXII. 31. v. 1. multa sunt indicia Angelum hunc fuisse Dominum Verbum conf. v. 31. 35. 38 & cap. seq. v. 3. 4. 5. & 12. quae loca ostendunt, eundem qui Bileamo occurrit, & verbum in ore ejus positorum se promisit, & posuit, fuisse Angelum & Deum & Dominum, quique & prostratione à Bileamo adorabatur, & altaris & sacrificiis ab eodem Bileamo celebatur. 2. Posito non concessio, Bileam adorasse Angelum creatum, nil tamen juvat Pontificios, quia à piorum & prudentium actionibus exempla sumenda non impiorum, qualis Bileam probrosis auguriis & hariolationibus infamis. Neque majoris pretii est exceptio : Bileam adorantem non reprehendi ab Angelo; nam neque reprehensus legitur idem Bileamus quarens auguria Num. XXIV. 1. non tamen recte inde colliges auguriorum inquisitionem vel fuisse irreprehensibilem vel imitatione dignam.

Ad Jos. V. 14. R. Angelum à Iosua adoratum non fuisse creatum, sed crearem ipsum aeternum Dei Filium, quia vocatur Princeps militia Jehovæ, quod nomen soli Christo competit, qui angelorum caput est jure creationis & confirmationis, vid. Col. I. 16. Eph. I. 16. 2. Hanc ipsum fuisse DEI Filium & Angelum federis confirmat v. 15. quibus verbis Mosi olm locutus est Dominus DEUS ē med. orbi Exod. III. 15. neque uspiam in Scripturis alicui Profetae tale quid ab Angelis praeceptum legimus. 3. Hanc nostram interpretationem roborat dictum Num. X. 35. coll. cum Apoc. XIX. 10. 12. hinc & Justinus Martyr in dial. cum Tryph. h. l. interpretatur de incircata Dei sapientia. Et Origenes

nes Hom. IV. in Jos. locum hunc sequentibus vindicat: Non adorasset,
nisi agnovisset Deum, quis enim alius est Princeps militiae virtutum Domini,
nisi Dominus noster Iesus Christus.

Exod. XXXII. 15. Moses non orat Deum per merita Patriarcharum,
sed eum rogit & obtestatur per memoriam foederis, quod dignatus erat
pangere cum Abrahamo, Iсаaco & Jacobo, prout id textum insipienti
integrum patet. Pariter 2. Reg. XIX. 34. non est meritorum jaētatio,
sed pacti commemoratione.

Apoc. I. 4. p. 1. Stauamus ex hypothesi Pontificia hos spiritus esse
septem Angelos, quod tamen falsum, minime tamen sequitur angelos
esse adorandos, non enim sequitur eos cum Deo adorari, qui cum Deo
& Christo conjunguntur, quis enim ex 1. Tim. V. 22. Apoc. III. 5. elicit;
quia conjunguntur Christus & angelus per utrumque aequum jurandum
esse. 2. negamus septem spiritus esse septem angelos. (a.) quia angeli in
Scriptura non præponuntur, sed postponuntur Christo; exceptio Matth.
XIII. 32. est vana, quia ibidem continetur ἀνένοι, & a gradu inferiore
fit transitus ad superiorem (b.) hi septem spiritus nunquam ponuntur in-
ter eos, qui Deum celebrarunt aut adorarunt ut 24. Seniores 4. animalia
sancti aliaeque creaturae (c.) statuitur in his verbis aequali gratia & pacis
principium, quod præpositio à confirmat, at nuspici audet Natalis asse-
rere, Deo & angelis aequali deberi cultum. Hinc 3. dicimus, esse Spiritum
S. & tertiam Trinitatis personam quia Deus Christus & hi septem Eccle-
siarum spiritus aequali afficiuntur divino cultu E. aequales natura sunt
qui invocantur; deinde unicus Spiritus S. illuminator septem Eccle-
siarum, & gratiam & pacem h. e. bona spiritualia & cœlestia dare non
competit ulli creaturæ, sed solum Deo; unde Apostoli in suis epistolis
nuspici ab angelis vel ulla alia creatura, sed a solo Deo, Patre, Filio &
Sp. S. gratiam illis, ad quos scribunt, precantur, quia pacis & gratia unius
auctor est Deus, Rom. I. 7. 1. Cor. I. 3. 2. Cor. I. 2. Gal. I. 3. Eph. I. 2.
Phil. I. 2. Col. I. 2. 1. Thess. I. 1. 2. 2. Thess. I. 2. 1. Tim. I. 2.
Tit. I. 4. 2. Joh. 3. quaregerunt Adversarii, esse unum spiritum & esse se-
ptem spiritus esse ἀνέστα. p. pluralem numerum significare tum diver-
situdinem donorum, non essentia divisionem aut multiplicationem; tum in
specie septenarium numerum esse numerum perfectionis. Amos. I. 6.
Prov. XXIV. 15. Ps. CXIX. 104. Ef. IV. 1. Jer. XIV. 1. p. 1. Condicio
nil ponit in esse. 2. Ex hypothesi Adversariorum Moses & Samuel erant
in

in limbo E. non in cœlis coram Deo steterunt. 3. Si rō orare pro aliquo est causa adorationis, E. & viventes adorandi, quod recte negant Pontificij. Suam sententiam confirmat Natalis ex 2. Macc. XV. 12. sed gratis, liber enim ille, 1. est apocryphus fide, ordine, & usu. 2. Non vera ibi narratur historia, sed somnium ad animandos milites. 3. Ex v. 22. liquet non adorandos sanctos, quia exercitus non Jeremiam, sed Dominatorem cœlorum adoravit.

Luc. XVI. non historia sed parabola proponitur, at à parabolisatione scopi non circumstantiarum omnium valet argumentum. 2. Diives epulo Abrahām auxilium non sensit; E. pariter frustranea invocatio sanctorum.

2. Petr. I. 15. inique torquetur à Pontificiis; at plus tamen ex ipsa depravata Vulgata Versione evincere non valent, quam Petrum fidem suorum post mortem suam meminisse; quod nil ad rem. Rectius tamen ita vertuntur græca: *studebo, ut vos sibiinde possitis post exitum meum horum mentionem facere; qua versio ex ipsa phrasí græca & scopo Apostoli clara & liquida est.*

Apoc. V. 5. Sanctos cum Christo triumphantem in genere pro Ecclesia orare probabiliter probare non inficiantur, sed hoc nil ad rem. 2. Per odoramenta non intelliguntur orationes sanctorum in hac vita degentium, sed beatorum cum Christo regnantium orationes eucharistica & *πορνογένειας* v. 9. 10.

Frigida quoque Adversariorum distinctio δυλείας inter & λατρείας, nam 1. in V. T. cultus divinus soli Deo debitus à LXX. redditur promiscue modo per δυλείαν modo per λατρείαν Deut. VI. 13. X. 12. Exod. XX. 5. Num. XVI. 9. 1. Sam. VII. 3. XII. 20. Jer. XXII. 9. XXXV. 15. Ez. XX. 32. imo λατρεία non solum de cultu divino, sed & servitio humano usurpatur Lev. XXIII. 7. XXVIII. 21. Deut. XXVIII. 48. & verbum δυλείας sepius usurpari pro cultu vere divino ac soli Deo competenti, tam in V. quam N. T. ex his testimoniosis liquet. Jud. II. 7. 1. Reg. VII. 3. XII. 14. 2. Paral. XXX. 8. Matth. VI. 24. Act. XX. 19. Rom. VII. 6. XIV. 18. Gal. IV. 9. Eph. VI. 7. Col. III. 24. 1. Theff. I. 9. hinc & rō λατρεία Vulgata Versio Sixti V. Tridentini Concilii auctoritate munita redditum per rō δυλείαν quando verba græca Matth. IV. 10. καὶ ἀντὸν μόνον λατρεύοντες reddidit illi soli servies, imo plus est δυλεία quam λατρεία; unde Paulus se semper δύο nuncupat

pat nunquam λατερατην. Hinc fassus est Alexander I. c. promiscuum esse in Scripturis utrinque vocis istius usum & vim aequalem, sed Ecclesiae usi- antiquissimo factum, ut latræ vocabulo cultus soli Deo, dulie beatis Defunctis debitus deignaretur; atque citat verba Augustini in hanc rem; ve- rum testimonia probata Divi Patris nil probant, per duliam enim in- telligit cultum civilem, quem etiam cultum societatis & dilectionis nuncupat, imo quem aequa deferendum hominibus in vivis adhuc existen- tibus ac sanctis defunctis asserit; & certe nil frequentius in sancto hoc Ecclesiae Doctore, quam testimonia, quibus inculcat unicum saltem esse cultum religiosum, & a sanctis ac præcellentissimis creaturis cultum religiosum esse removendum. Et quem fugit eximia Doctoris ejusdem sententia: sancti sunt honorandi propter imitationem, sed non adorandi propter religionem. Verba quæ tales Oculis Adversariorum dolorem creant: ut Index Expurgat. Hispan. ea jubeat ex Augustino eradi. Unde Paulus Servita celebris Theologus Venetus diserte fatetur ad cap. II. Stat. Rel. In scholis quidem distinguunt honorem debitum, Deo, & illum qui defertur creaturis, illum vocari Latram, hunc Duliam, sed in praxi distinctionem non reperiri. Eadem signa reverentie Deo & sanctis ex aequo exhiberi, genuflexionem, percussionem pectoris, inclinationem capit, orationes, vota, juramenta, extictionem templorum, altarum, imo in praxi ipsum sacrificium sanctis offerri. In scholis sanctos non proponi ut datur gratia, sed ut intercessores tantum, in praxi contra omnia illis tribui. Male providisse antiquos quosdam posteritati, dum oratoriis & poëti- cis sanctorum quorundam compellationibus & hyperbolicis locutionibus occa- sionem dedere isti cultui sandorum, & petitioni gratia & gloria ab illis.

Rationes, quibus cultum Angelis & sanctis deferendum esse per- negamus, allegamus sequentes. I. Cultus hic est vanus atque irritus, quia Angelii sancti que illius non sunt capaces. Nam (a.) non sunt omni- scii neque ναεδονάσαι i. Chron. XXVII. 9. Job. XIV. 21. Psal. VII. 10. LXXIX. 11. Eccl. IX. 5. Jes. LXIII. 16. Jer. XVII. 10. solique Deo Scriptu- ra hoc attributum tribuit, quod sit omniscius & ναεδονάσαι, quod audiat occultos cordium gemitus, quod scrutetur corda & renes i. Sam. XVI. 7. 1. Reg. VIII. 39. 1. Paral. XXVIII. 9. 2. Paral. VI. 30. Psal. XVIII. 7. XXVIII. 10. XLIV. 22. Jer. XI. 20. Sap. I. 6. Matth. VI. 6. Rom. VIII. 17. 1. Cor. II. 10. 11. Apoc. II. 25. denegat potius omniscientiam 2. Reg. II. 9. XXII. 10. Es. XXXIX. 8. Apoc. VI. 12. Is vero qui in sublunari hoc orbe invocatur

invocatur ad omnes nostras cognoscendas necessitates particulares , ad preces nostras audiendas , ad easdem Deo offerendas debet omnisci-
entia pollere , ut eas à myriadibus hominum & ab omnibus mundi plagis
audiat & percipiat Matth. VI. 6. Psal. XLIV. 21. 22. CXVI. 6. Jer. XI.
v. 20. si excipiunt , ubi assolent Adversarii : sanctos videre & nosse
omnia in cœlis in speculo Trinitatis in facie Dei ; vitreum hoc est com-
mentum , quod docet & falso ponit intellectum creatum penetrare in
essentiam Dei eiusve omniscientiam , quod perinde est ac si finitum
capere posset infinitum , aut susceptivum esset infiniti . & penetrare in
cognitionem proprietatum Dei. Dicere vero cum aliis : Deum reve-
lare ipsis preces & indigentias eorum , qui ipsos invocant ; temerarium & ri-
diculum est , orandus enim prius Deus est , ut sancto revelet , quod
ego preces ad eum sim fusrus , ut intercedat pro me apud Deum , quo
ille me exaudiat , quis vero has preces non ridet ? Vid. Riissen l. c.
p. 168. (3) non sunt omnipresentes , Scriptura enim omnipresentes
sanctorum nullibi meminit , imo illis potius certum aliquod assignat
Luc. XXIII. 43. Job. XIV. 1. 2. Cor. V. 1. 8. Ebr. XI. 14. & praesentiam
eorum in terris negat exemplo Enoch Gen. V. 24. Eliae , 2. Reg. II. 5.
Josue 2. Reg. XXII. 2. quæ tamen invocando necessaria Dent. IV. 7. Psal.
XCII. 15. CXLV. 18. Es. LV. 6. Matth. XVIII. 19. 20. & Elias Profeta
I. Reg. XVIII. 27. ex eo demonstrat Baalitarum Deum non esse invocan-
dum , quia non adsit praesens invocantibus. Hinc & ipse Bellarm.
Lib. I. de Beat. sanct. c. XX. inquit : ad cognoscendas preces , quæ eodem
tempore sunt in diversissimis locis , requiritur vera Ubiquitas. (4) Non
omnipotentes , Scriptura enim soli Deo omnipotentiam tribuit Gen. XVII. 1.
XVIII. 14. nuspici angelis & beatis Defunctis , hinc & nuspici ad
eos nos remittit , ut in necessitatibus ipsorum auxilium & opem implor-
emus , sed unice ad Deum nos revocat Psal. L. 15. XCII. 14. Prov. XVIII.
10. (5) non sunt Largitores beneficiorum tum spiritualium tum corporalium ;
Scriptura enim soli Deo assignat elargitionem beneficiorum divinorum
Gen. XV. 1. Psal. XXXVI. 10. LXXXIV. 12. CXXI. 2. Tob. IV. 20. Job. III.
27. Rom. XI. 36. Jac. I. 17. neque unquam sanctos largitores ac distri-
butores beneficiorum vel corporalium vel spiritualium afferit , quin
potius accusat eos , qui ab alio quam à solo Deo precibus illa expertunt
Jer. II. 13. (6) non sunt praesides ac gubernatores terrenorum ; solius enim
Dei proprium est omnia in cœlo ac in terra gubernare , rebus humani
præsidere

præsidere, & omnium curam agere, quippe qui solus omnium est creator, hinc & conservator, gubernator & director. *Job. II. 11. Psal. VIII.*
V. I. XXXIII. 13. 15. XXXVI. 7. CXLV. 15. Sap. XIV. 3. Act. XVII. 28. Col. I.
v. 17. I. Tim. IV. 10. Ebr. I. 3. 1. Pet. V. 7. (c.) fiduciam & spem in ipsis colla-
care nequimus, soli enim Deo confidendum & in ipsum solum speran-
dum esse docet Scriptura, unde eum vocat, spem & refugium nostrum
Psal. IX. 10. 11. XI. 1. XIII. 6. XIV. 6. XVII. 3. XXII. 5. 10. XXV. 2. XXXI. 2.
XXXVII. 3. LVII. 2. LXII. 6. 7. 8. 9. LXXI. 7. LXXVIII. 7. XCI. 2. CXV.
V. 9. 10. 11. CXXX. 7. CXLIV. I. Ef. XXVI. 4. Of. XII. 6. Mich. VII. 7. 1. Pet.
*I. 21. & beatos illos pronunciat, qui in Deo confidunt *Psal. II. 13. XL.**
v. 5. LXXXIV. 13. CXLVI. 5. Ef. XL. 3. Ier. XVII. 17. Nah. I. 7. maledictos
contra eos, qui quodvis aliud fiducia & spei suæ objectum statuunt,
*quam verum Deum *Psal. CXVIII. 8. Matth. X. 28. Luc. XVIII. 14. Job.**
*III. 19. *Psal. CXLVI. 3. Ef. XXXI. 1. Ier. XVII. 5.* hinc in symbolo Apo-*
stolico profitemur, nos credere in unum verum Deum, Patrem Filium &
Spiritum S. quotquot igitur in aliud objectum spem & fiduciam suam
collocant, à norma hujus Universalis Ecclesiæ symboli recedunt.

II. Lubricis hic cultus innititur fundamentis ; (a.) sanctorum mediatione, cum tamen Mediator Deum inter hominesque tantum sit unus *I. Tim.* II. 5. isque Mediator noster apud Deum esse nequit, qui non est mortuus pro nobis, nec factus propitiatio pro nostris peccatis teste *Paulo Rom. VIII. 24.* & *Joanne I. Ep. II. 12.* at angeli sanctique non sunt mortui pro nobis, non facti propitiatio pro peccatis nostris *I. Cor. I. 13.* E. (b.) canonizatione ; at Papa ipse qui de sua salute certus esse nequit, (nostris Adversariis ultra confidentibus & profidentibus variis Papas damnatos) qui nos certos facere poterit de salute alterius ? & quamquæso coronantium Bullæ certitudinem præstant, dum innumera bullata Edicta à successoribus rescissa novimus & quidem per nova edicta bullata ? novimus etiam Papaliter canonizatos paulo post Papaliter etiam excanonizatos & degradatos ; vid. *Heidegg. L.c. p. 765. seq.* atque ita Romana Ecclesia cum Samaritanis adorat id quod non cognoscit *Joh. IV.* ut taceam Calendarium Romanum valde lacunosum & sanctis vacuum fore, nisi Magnates atque Principes auctoritatis suæ intercessione & maiorum præsertim referatione celos multis ad Apotheosis aperuissent.

III. Aliam rationem divini cultus iu V. quam N. T. esse evincit
notum enim Beatos Defunctos in V. T. non potuisse adorari , quia
Romanentes contendunt , animas piorum nona fuisse in celo , sed in quo-
dam limbo in inferno , imo necdum fuisse beatas , nec eis fuisse ordinarie
revelatum quid hic agebatur , adeoque non fuisse viatorum Patronos ,
quales dicunt esse sanctos in celo . Ita sentiunt Bonaventura , Thomas ,
Durandus Lib. IV. sent. dist. 45. Bellarminus Lib. IV. de Christo c. XI.
& Lib. I. de Eccl. triumph. Catechismus Rom. P. I. c. VI. qu. 6. cum tamen
uti una est Ecclesia , una fides , unus Dominus , ita quoque una religiosa
invocatio.

IV. Fallax est hic cultus & incertus , nam relati in numerum sancto-
rum , quos vel non constat unquam extitisse , quis enim non est qui di-
vum M. Christophorum , S. Georgium Equitem , & Divam Catharinam in-
ter fabulosa commenta aut picturas symbolicas non rejicit ? & tamen
Christophori hujus pieti & fidei patrocinium Angli , Galli & Germani
implorarunt , ut constat ex Missal Salisburg. Georgii tutelam his im-
plorant precibus : *Hic nos salvet a peccatis , ut in celo cum beatis possimus
quiescere.* Catharinam duplice colunt festo , atque in Litanii , Missa
aliisque orationibus suis eam invocant , & lac , quod pro sanguine ē cervi-
ce decollata fluxerit Romæ in reliquis habetur . Et quis non liquido vi-
det S. Longinum nil aliud fuisse unquam quam $\lambda\gamma\chi\eta$ f. Lanceam ?
fabula enim , qua recenset militem fuisse coecum lancea sua latus Chri-
sti , cum se corvum petere existimaret , perfidientem & aliquot guttis
sanguinis Christi aspersum , à quibus visum recuperarit , ut videret eum
quem transfixisset , nullum aliud fundamentum nec originem aliam ha-
bet , quam à voce græca $\lambda\gamma\chi\eta$ Job. XIX. 34. coll. cum Zach. XII. 10. vid.
Gisb. Vöet , de Chimericis & Utopicis Sanctis P. III. Disp. selec. p. 472.
Scherz. p. 468. Charmier. Epp. Jesuit. f. m. 46. dein sancti coluntur
multi , qui infernali igne cruciantur , & vita tales nunquam , sed quid-
vis aliud potius fuerunt , ut sunt Pontifices illi , de quibus Baronius ,
Platina aliqui testantur , fuisse sacrilegos , profanos , incestuosos , ne-
gromanticos ; inde tritum sub Augustini nomine fertur axioma : mul-
torum corpora honorantur in terris , quorum anime torquentur in gehenna.
Vid. Wolf. Memorab. T. I. f. 885. T. II. 233. 786. 787. 955. 907. Sulp.
Sev. de vita B. Mart. p. m. 469.

V. cum ingenti blasphemia est conjunctio , quia dicunt melius esse
C , invocare

invocare sanctos , quam ipsum Christum cum Salmerone s . Et magis confundendum esse Mariæ , quam Christo , cum à Deo & ejus iustitia ad Mariam detur appellatio ; ut ait Bernardiūs de Busto ; Virginesque fatuas propterea esse exclusas , quia ad solum sponsum . & non Mariam confugerint . vid . Scherz . I . c . p . 568 . Himmel de Invoc . p . 292 . seq . Forbes . I . c . Lib . VII . c . II . f . 310 .

VI . Ethnicus est , sicut enim Ethnici viros celebres & bene meritos referebant in numerum Divorum , ita quoque Pontificii per suam canonizationem Defunctorum in numerum sanctorum ab omnibus invocandorum ; sicut Ethnici præter unum summum Deum plurimos colebant mediatores , per quos ad illum sibi parabant accessum , ita quoque Pontificii per angelos & animas Defunctorum tanquam mediatores intercessionis ad Deum in precibus sibi accedendum esse statuunt ; sicut Ethnici diversas Provincias diversis assignabant Patronis ; contra diversos morbos diversis supplicabant Diis ; diversis vita statibus diversos praeficiebant auxiliatores ; Græci enim colebant Palladem , Ægyptii Osyrin , Babylonii Belum , Latini Martem , Theffali Chironem , Tyrii Herculem ; Literati Minervam , Musici & Medici Apollinem , Mercatores Mercurium , Bellatores Martem & Bellonam , Venatores Dianam , Fabri Vulcanum , Pastores Pana & Palest , Fures Mercurium , Amatores Venerem & Cupidinem , Puerperæ Junonem & Lucinam &c . Ventis præterat Æolus , Mari Neptunus & Venus , Montibus Oreades , Sylvis Satyri , Fauni & Napez , Fluiuis Najades &c . Vinum curabat Bacchus , Fruges Ceres , Flores Flora , Ignem Festa &c . contra pestem invocatione Æsculapius , contra febrem Februs &c . ita quoque Pontificii alios sanctos alii praeficiunt nationibus ac provinciis , alios aliis urbibus , alios aliis templis & facellis , alios aliis vita generibus , alios aliis morbis curandis , alios aliis beneficiis conferendis , alios aliis malis avertendis . Ita veneratur Germania Martinum & Georgium Cataphractum , Hispania Jacobum , Gallia Michaëlem & Dionysium , Hungaria Ludovicum , Polonia Stanislaum , Moscovia Nicolaum , Anglia Thomam & Gregorium , Scotia Andream , Bohemia Wenceslaum , Suecia Brigittam &c . Franci colebant Chilianum , Thuringia Bonifacium , Hassi Elisabetham . Misnici Donatum , Bavari Wolfgangum , Austraci Florianum ; Carinthii Rupertum , Borussi Albertum , Pomerani Othonem , Suevi Conradum &c . Magdeburgensi Episcopatuī praefectus erat Mauritius ,

ritius, Halberstadiensi Stephanus, Salzburgensi Ruprechtus, Bambergensi Henricus &c. Romae tutelares habet patronos Petrum & Paulum, Mediolanum Ambrosium, Colonia Agrippina tres Magos, Ursulam & 1000. virgines, Augusta Vindelicorum Ulricum &c. A Nautis invocatur Nicolaus & Christophorus, a Studiosis Gregorius & Catharina, a Pictoribus Lucas, a Medicis Cosmas & Damianus, ab JCTis Ivo, a Theologis Augustinus & Thomas, a tutoribus Crispinus, a fartoibus Gutmannus, a metrificibus Afra & Magdalena &c. contra grandinem invocabantur Johannes & Paulus, contra incendia ignis Agatha & Florianus, contra pestem Sebastianus & Rochus, contra febrem Petronella, contra dentium dolores Apollonia, contra oculorum vitia Otilia; anserum cura commendatur Gallo, Ovium Wendelino, Equorum Eulogio, Boum Pelagio, Porcorum Antonio &c. Ethnici divis suis extruebant altaria & templa, instituebant illis festa; nuncupabant vota, dedicabant imagines &c. idem in honorem sanctorum Pontificios facere viva testatur praxis. Sicut Ethnici alia donaria aliis offerebant Divis, utpote Esculapio gallum, Proserpinæ bovem &c. sic Pontifici Antonio offerunt porcum, Vito gallinas &c. hinc Ludovicus Vives ingenue fatetur; se non videre in multis, quod sit discrimen inter eorum opinionem de sanctis, & id quod gentiles priabant de Diis sanctis; & vulgatus est in papatu versiculos Baptista Mantuanus:

Ut Martem Latii, sic nos Te Dive Georgi.

Vid. Wolf. Memorab. T. II. f. 991.

VII. Non necessarius ab ipsis Pontificiis, Natale quippe, Suarez, Zephyrino de Pace & alius agnitus, atque hinc ab iisdem passim improbatus, a Cassandro quippe, Ludovico Vive, & in primis Erasmo in Colloquis passim, quem propterea Bellarminus Luciano comparat; sed meminisse debebat Bellarminus, illum hunc esse vi rum quem Leo X. dilectum suum filium vocavit in epistola versioni N. T. praefixa; & qui a Lutherῳ ita abhorruit, ut malleū in mille partes discripi diceret, quam illius sectę adhaerere, referente Durao; cui Sadoletus & Bembus Cardinalis in epistolis ad enim datis honorificum dedere testimonium; de quo in Cardinalem Collegium cooptando Paulus III. Pontifex proxima ante ipsius mortem anno cogitavit, ut patet ex epistola Bembī ad Erasmum. Plura Adversariorum testimonia collegit Gerhardus in Confess. Cathol. f. 595. Suffragatur etiam nostra assertioni Jus Canonicum, ut patet ex summe Reve-

Reverendi Domini Präsidis peculiari disputatione, in qua Dogmata Protestantium ex Jure Canonico comprobantur. Th. CIX. p. 122.

Antiquæ & primitivæ Ecclesiæ hunc cultum fuisse ignotum evin-
cunt. 1. Testimonia Patrum, qui nullam non solum Invocationis
sanctorum faciunt mentionem, sed & eundem imprebant & damnant;
v. g. Ecclesia Smyrnensis, Justinus Martyr, Theophilus Antiochenus,
Tertullianus, Cyprianus, Clemens Alexandrinus, Origenes Eusebius
Casariensis, Ephrem Syrus, Basilius M. Gregorius Nyssenus, Nilus Con-
stantinopolitanus, Chrysostomus, Lactantius, Hilarius Pictaviensis,
Athanasius, Gregorius Nazianzenus, Epiphanius, Ambrosius, Cyril-
lus Alexandrinus, Basilius Casariensis & Seleuciensis, Hieronymus,
Augustinus, Leo I. Theodoretus, quorum verba allegat Forbesius In-
struc. Hist. Theal. Lib. VII. c. 4. 2. Nulla primis Christianismi seculis
mentio erat templorum, altarium, simulacrorum, festorum, dono-
rum &c. Divis dicatorum. 3. In publico Ecclesiæ cultu uni solique
Deo hymnos cecinerunt, hinc & observatu præ ceteris dignum est, ve-
ram & sanam Antiquitatem in controversiis ac disputationibus suis con-
tra Arianos, Divinitatem Christi constanter & præ ceteris asseruisse ac
demonstrasse ab Invocatione ejusdem, sic quippe inferebant: *Nos invoca-
camus omnes Jesum Christum*, sequitur *E. ipsum esse verum Deum*, neque
simplicem creaturam; qua argumentandi ratio familiaris fuit Hilario &
Athanasio; hinc necessaria inferimus: quod si illo tempore invocati
fuerint sancti, Arianos non sibi nec exceptioni plane plausibili defu-
turos fuisse regerendo: A. etiam sanctos invocari, qui tamen Deus aut
Dii non essent; quam tamen exceptionem ab Arianis prolatam nemo
hactenus mortalium legit. 4. Excutiantur & expendantur omnes pre-
ces publicæ & privatæ, omnesque precum formulæ, quarum exempla
ex sanoire & priorum trium seculorum Antiquitate supersunt, nu-
spiam in iis Deum per intercessionem sanctorum invocatum, minus
sanctos invocatos reperiemus; imo patet potius ex iis, preces o-
mnes ad DEVVM immediate directas, nec ullius nisi unicum & or-
dinariam nostri solius & unici Mediotoris Jesu Christi intercessio-
nem fuisse adhibitat. 5. Pagani Divorum cultum ante IV. Seculum
Christianis nuspiam objecerunt; Christi tamen hominis nati, crucifixi
atque mortui; infuscatis vero post tertium seculum temporibus Divo-
rum cultum ipsis & saepe & acriter exprobaverunt. Hinc & 6. Caro-
lus M.

lus M. in capitulari cum CCC. Episcopis in Francofurtensi Concilio congregatis Lib. I. c. 1. ait: *non mediocris est error, cum aliud adoratur religionis cultu, quam is, qui dixit: Dominum Deum Tuum adorabis & illi soli servies.* Vid. Heidegg. I. c. 768. 779. Dall. de Cultu Religioso Lib. III. Ad testimonia P. P. quæ Natalis magno numero allegat ob chartæ angustiam hæc pauca tantum regero.

I. Allata priora Cypriani & Origenis testimonia evincunt saltem in genere sanctos pro Ecclesia Deum interpellare quod ultiro concedimus, ab hac vero interpellatione generali ad cultum eorum religiosum n. v. c.

II. Adducit locum ex Homil. I. Origenis in Ezechielem: *Omnia Angelis plena sunt. Veni Angele suscipe sermonem conversum ab errore pristino &c. & mox ad legitimam duplēm Dallæi r̄spōsionem: vel esse Apostrophen ab aliena manu assūtam, vel Apostrophen Rhetoricam, frigide excipit: ad primam, Hieronymi fidem non esse in dubium vocandam in versione Origenis; ad alteram, futilem esse exceptionem invocationem esse Rheticam cum ita etiam Ariani & Macedoniani excipere potuissent in locis Patrum, ubi invocatio continetur Filii s. Spiritus S. R. I. miseram esse exceptionem: Hieronymi fidem in versione non esse in dubium vocandam, E. hic paragaphus ab aliena manu assui non potuit, quod tamen sat satis aperte docuit ex diversitate stylī laudatus Dallaeus.* Dein sint ex hypothesi Natalis ipsa Origenis verba; notum est nos Origenis consensum cum doctrina nostra non affectare, cum ipse sibi plerumque non constet, & ea quoque quæ vere scriptis tropologiis & allegoriis ita obscuraverit, ut enigmata potius quam planas sententias proposuisse videatur. vid. Huls. Patrol. p. 898. seq. quod vero porro infert Apostrophæ in citato hoc testimonio non relinquì locum ex modo allegata ratione n. Patres IV. Seculi non ex Antecessorum scriptis contra Arrianos & Macedonians divinitatem Filii & Sp. S. sed Scriptura S. potius confirmarunt; deinde non nude leguntur apud Antiquos Patres ad Filium & Sp. S. Apostrophæ, sed ea quoque attributa ipsis adscribunt, quæ non in nudum hominem vel creaturam, sed ipsum Deum cadunt.

III. Producit cum Bellarmino & Gregorio de Valentia locum ex Euseb. *Præp. Evang. Lib. XIII. c. XI.* cuius verba græca hæc leguntur in editione Parisiensi 1544. p. 388. "Οὗτον καὶ ὅπει τὰς θύλας αὐτῶν εἴθεται ηγεμόνης εἰς τὰς ισυχας τοῦ γίγαντος τοιοῦτης τὰς μανάριας αὐτῶν.

τῶν ψυχῶν τοι λόγως, καὶ τέτων ὑφ' οἷμαν γνησομένων. At in his verbis ne syllaba quidem invocationem sanctorum poscit. Conveniebant quippe Christiani in Martyrum locis & apud memorias eorum vota Deo offerebant, ac honorabant animas Martyrum dilectione & honorifica recordatione Deo de victoriis illorum gratias agentes, & seipso ad constantiam adhortantes. Hinc Augustinus etiam duodecim jamjam secula huic objectioni occurrit & fecit tatis in variis librorum suorum de C. D. locis, ubi gentibus respondet & ostendit, quod licet Christiani ad sepultra Martyrum sive in Cœmeteriais adorarent & precarentur, ibi tamen neminem nisi Deum solum adorasse & orasse. Lib. VIII. c. XXVII. Honoramus, inquit, sane memorias eorum tanquam sanctorum hominum Dei &c. nec tamen nos eisdem Martyribus, templo, sacerdotia, sacra, & sacrificia constitutimus: quoniam non ipsi sed Deus eorum nobis est Deus. Quis audiret aliquando fidelium stantem sacerdotem ad altare etiam super sanctum corpus Martyris ad Dei honorem cultumque constructum dicere in precibus: Offero Tibi sacrificium Petre vel Paule, vel Cypriane, cum apud eorum memorias offeratur Deo, qui eos & homines & Martyres fecit, & sanctis suis Angelis cælesti honore sociavit. Et Lib. XXXI. c. X. Nos autem Martyribus nostris non templo sicut Diis, sed memorias sicut hominibus mortuis fabricamus, nec ibi erigimus altaria, in quibus sacrificemus Martyribus: sed uni Deo & Martyrum & nostro sacrificium immolamus.

IV. Neque probat quod probare deberet locus ex Euseb. H. E. Lib. VI. c. 5. allatus; ibi enim neque vola neque vestigium invocantis aut invocati adpareat; sed evincit saltem: Sanctos precari & intercedere pro nobis in cœlis, quod ad quæstionis rhombum & nodum nihil facit.

V. Quæ ex Basilio M. Gregorio Nysseno & Nazianzeno & Ambrosio afferuntur testimonia, scatent illa apostrophis & compellationibus Rhetoricis, quas ipsis affectus vehementia expressit more Oratorum, qui tropos & figuræ ad permovendum adhibent, hinc non trahenda illa professio in cultus ordinarii exemplum, quod ipsum docet hyperbolica apostrophe Gregorii Nazianzeni ad sororem Gorgoniam Orat. XI. in laudem sororis Gorgiae: quod si tibi rerum nostrarum cura sit, & hoc præmissi sanctis animabus a Deo contingat, ut talia sentiant.

VI. Ad reliqua Natalis & aliorum Adversariorum ex P. P. prolatæ testimonia regerimus. I. Confundere ipsos si prius adorationem cum

cum honore. 2. Falso concludere a cultu dilectionis ad cultum sevitutis.
 3. Hyperbolicum apud quosdam Patres familiare esse docendi genus, quo
 aliud dicitur, aliud significatur. 4. Incertas & improprias loquendi for-
 mulas excidisse quandoq; Patribus contra ipsorum receptam doctrinam,
 quæ duriores locutiones hinc explicandæ sunt ex aliis locis, in quibus ex
 professo differunt secundum tenorem publicæ doctrinæ. 5. Collatio pu-
 gnantium inter se locorum minime negligenda; sæpe enim unus & idem
 Pater in diversis locis videtur pugnantia dicere, idque vel ideo, quod
 nihil tali opinanti temere exciderunt, vel quod in uno loco non æque
 ex professo rem ac in altero tractavit; cuius exemplum occurrit in
 Ambrosio; is enim Lib. III. de Sp. S. c. 2. & Lib. V. fidei c. 1. docet solam
Deum adorandum exclusa Virginis adoratione, & id confirmat refutatis
 oppositis erroribus; nihilominus in Libris de Viduis & sermonibus de
 sanctis contraria occurrit doctrina sine confirmatione: non E. sumen-
 dum judicium, quod cum aliis perpetrat facit Natalis de Ambrosii do-
 ctrina ex istis Opusculis, quæ ipsi sine fundamento attribuuntur, sed vel
 exponenda sunt secundum alia loca orthodoxa, vel errores sunt ex inco-
 gnititia orti, vel omnino non sunt Ambrosii scripta aut ab aliis corrupta
 & depravata. 6. Paganorum criminatio distinguenda a fidelium confes-
 sione & doctrina. 7. Parexegesis sæpius committunt Adversarii locorum,
 quorum sæpius alia quam citantis mens est. 8. Falsa sæpius allegatio.
 9. Ex miraculis & visionibus s. veris s. falsis male construitur veritas illius
 dogmatis, quod Scripturæ repugnat, qua de re elegans extat dissertatio
 Synodi Francofurtensis & Caroli M. in opere Capitulari Lib. III. c. 25.
 10. Error qui in unius vel alterius Patris monumentis est receptus male
 venditur pro catholicae Antiquitatis puriore doctrina. Homines enim
 fuere Patres, nec alias quam nos habuerunt promissionem Sp. soli Ama-
 nuenses Sp. S. 9 e o r u e n s i o, ideoque & illi soli infallibles; hinc Vincentius
 Lirinensis recte monet: paucorum errori preferendum esse multorum in
 Veritate consensum vid. Brochm. Lychn. Verit. P. I. Forbes. l. c. Lib. VII.
 c. 5. Valck. l. c. c. XII.

Tandem per hanc rimam Natalis cum aliis elabi se posse confidit,
 asserendo: *Invocationem esse utilem ac licitam Sanctorum hic morta-
 lem vitam agentium ex confessione Protestantium; E. potius sanctorum
 Triumphantium.* 11. Invocationem sanctorum virorum nunquam

concessimus, mendacium igitur mendacio probas, quamquam mutuas preces inculcemos, at ab his *diabolos* elicitur invocatio sanctorum Defunctorum; nam mutua preces divino nituntur precepto. *i. Tim. II. vs. 1. Jac. V. 6. & promissionibus gaudent Gen. XX. 7. Job. XLII. 8.* exemplis constant Abraham pro Sodomitis. *Gen. XVIII.* & Pauli pro sociis in navi *Act. XVII.* invocationem vero nihil tale habere supra insinuavimus. *Vid. Hutt. in A. C. disp. XXIV. p. 721.*

Nunc ad Lipsanolatriam, quæ & que ac Hagiolatria caret & divino mandato & promisso sanctorum exemplo. De mandato res clara, præceptum enim Dei non modo contrarium extat de non adorandis Defunctis, sed ipse Deus corpus Mosis cavendæ idolatriæ causa occultavit, & Zelum Hiskiaz communientis serpente æneum laudavit; & ibi certe non invenies promissum, ubi maledictionem creaturarum adoratores ferit. Praxi sanctorum quod attinet, nullum extat exemplum in Scripturis V. & N. T. alicujus aut adorati corporis, aut rei miraculosa virtute prædictæ s. essent fontes, seu ossa Profetæ, s. vestimenta Christi & ejus generis infinita alia. Pharisaicus potius est hic cultus, sicut enim Pharisaos sepulchra Prophetarum adficanter Christus accusat Matth. XXIII. 27, quod exornaverint sepulchra sanctorum, atque eo ipso professi fuerint se esse socios eorum, qui Profetas occiderint Matth. XXIII. 23. Luc. X. 48. ita Pontifici pariter reliquias sanctorum religiose colendo in crimen Pharisaïni incurront. Excipit Natalis cum Bellarmine: *Christum in Iudeis non redarguere, quod Profetis monumenta erigerent, vel jam erecta exornarent, sed quod ex hypocrisi agerent rem aliqui piam & bonam, ac majores interim sios imitarentur, qui Profetas sios occiderant, non Profetas ipsos, quorum monumenta exornabant.* *¶* Utrumque Christum in Iudeis reprehendisse, quod partem cultus divini in externis ceremoniis constituerent, suo se fatis perfundatos officio existimantes si phylacteria dilatarent, sepulchra Profetarum adfiscarent ac monumenta Justorum ornarent &c. vero & interiore Dei timore vera penitentia ac fide &c. in cordibus interiorum penitus destituti, & quod crudelitatem Profeticidarum imitarentur, vita Christi & sanctorum ejus infidias struendo, cura tamen eandem cum Profetis doctrinam & confessionem illi amplectentur; quod ipsum Pontificis iure ac merito ob jicimus, qui non postremam partem cultus divini in externis ceremoniis & sic etiam in cultu reliquiarum statuant, de interioris hominis cultura interim parum solliciti, & quod crudelitatem adversus eos exerceant, qui eandem cum illis fidem, quorum reliquias colunt, profitentur. Argumentis ex scriptura S. petitis his lipsanolatriam palliare studet Natalis.

I. Ex

I. Ex Sir. XLIX. 17. n. i. hic liber non est Canonicus. 2. Versio Vulgata à textu Originali, qui græcus est, abit, rectius enim ~~et~~ ~~et~~ ita vertimus: *& ossia ejus affervata & aliquo operimento munita sunt.* At ab affervatione ossium ad religiosam illorum venerationem consequentia nulla. Gratis stringit Natalis hoc argumentum ex Exod. XIII. exemplo Mosis transferentis ossa Josephi ex Ægypto; Josephi enim translationis ossium finis non legitur fuisse religiosa adoratio, sed mandati Josephi impletio Gen. L. 25. quo cum reliquis Patriarchis fidem suam erga Dei promissiones de terra Canaan hæreditario jure possiden-
da & Messia in nasciturō testē sicari voluit. Heidegg. l.c. p. 846.

II. argumentatur ex 2. Reg. XIII. & XXIII. n. i. ab honore ad religiosam adoracionem ~~argumentari~~ argumentari Pontificios; hono-
randi etiam Parentes & Magistratus, at propterea non adorandi. 2. A Resuscitatione miraculosa ossium ad eorundem religiosum cultum non procedit argumentatio, siquidem non eo fine fuerunt ossa Elisei res-
uscitata ut adorarentur, neque enim vel ante illud miraculum religio-
sa adoratio. Ergo ad sepulcrum Elisei concursus s. peregrinatio in-
stituta fuit, neque post editum miraculum Elisei ossa è sepulchro eruta,
spectanda hominibus proposita & opis impetranda causa adorata sed
in suo loco relicta sunt usque ad resurrectionis universalis diem. Ne-
que ordinaria hac erat virtus, nec istis reliquiis inhærebat, alias sem-
per eundem produxisserent effectum, & omnium Profetarum ossa, quod
falsum, eandem habuissent virtutem. Porro Josias ossa Profeta affer-
vavit non ut superstitionis fomenta, sed pia memoriam monumenta;
hinc ipsos potius hoc oraculum jugulat, non enim Israëlitæ leguntur
ad illas reliquias peregrinationes & cultus instituisse, aut opis impe-
tranda gratia, ut loquitur Concilium Tridentinum, ad eas configuisse.
Neque quicquam Pontificios juvat Sir. XLVIII. 15. ubi corpus mortuum
Elise dicitur profetasse, evincit enim faltem confirmationem vaticiniorum
Elisei, de religioso ossium ac reliquiarum cultu nihil legitur. vid.
Chemnit. l.c. p. IV f. 5. 4.

III. Ef. XI. 10. sepulcrum Christi gloriosum prædicatur. n. in
textu authentico non extat sepulcrum ejus sed οὐ πάντα requies ejus,
hinc LXX. per ἀναπαύειν interpretati sunt, quod multo latius patet
quam sepulcrum, quicquid enim mortem Christi ac laborem ejus in
cruce secutum est, fuit gloria i. e. gloriosum. Ita gloria ejus mors,
sepultura, ad inferos descensus, resurrectio, ascensio, & ad dextram Dei
exaltatio, imo gloriosum est ejus regnum in omnes gentes propagatum
Ebr. II. 9. 2. Non incommodè referri potest ad Ecclesiam ex gentibus
collectam, in qua Christus habitat & requiescit Psal. CXXXII. 14. quæ

gloriosa est non celebritate mundana & terrestri sed claritate spirituali ac coelesti. 3. Gloria sepulcri non consistit in superstitione fascium sepulcrorum veneratione vel in peregrinatione ad illud opinione cultus suscepta, sed in fideli mortis, sepulturæ ac resurrectionis Dominicæ commemoratione, certe si gloria sepulcri Dominicæ in externo & superstitione illo honore considereret, Apostoli & viri Apostolici illum minime prætermisissent, nec Deus sub Turcarum potestatem locum sepulcri redigipassus fuisset.

IV. Matsh. IX. ubi hemorrhoides solam fimbriam Christi tangens sanata legitur. 1. A fimbria Christi vivi ad reliquias defunctorum imbecillis & exanimis dicitur consequentia. 2. Aliud est tangere, aliud adorare, tetigisse concedimus, adorasse negamus. 3. Non in ipsam fimbriam vestimenti, sed in Christum collocavit suam fiduciam, hinc Athanasius: *Adulter illa, quæ Christi fimbriam tetigit, non in fimbria, sed in ejus, qui togavestitus erat & cuius erat fimbria, invisiibili potentia spem suam comperta est collocaſſe*, unde Christus dicit: *Fides tua te salvam fecit.* Neque enim fimbria in se & per se vim ac efficaciam illam sanandi iverget, sed assumta Christi caro fimbria vestita & amicta, cum non ex fimbria, sed ~~ex~~ virtus illa dicatur exiisse *Luc. VI. 19.* cumque Christus *ex curie regi dono ex seipso virtutem exiisse afferat Marc. V. 30. Luc. VIII. 46.* Unde etiam contractus fide destitutus non obtinuit a Christo sanitatem vel aliud beneficium *Marc. V. 31. Luc. VIII. 45.* hinc 4. nullus Patrum hocce miraculum ad Reliquiarum cultum accommodavit. Athanasius *contra Arianos* ad vivificam Christi virtutem probandam applicat; Cyrillus per vestem iatelligit carnem Christi, ita quoque Ambrosius & Chrysostomus.

V. Producit exemplum Petri Act. V. & Pauli Act. XIX. quorum umbra & sudaria agrotos sanarunt. R. 1. Herbæ, Medici, Chirurgi morbos sanant, Ergone religiose colendi? 2. Sanatio illa non processit a virtute Apostolica inharente, multo minus ab illorum vestibus aut umbra, sed testati sunt fideles hoc pacto ardentem suam fidem, cui Deus concessit suam gratiam & virtutem; ut doceret partim sibi placere fidem licet rudiorem & multa ignorantia perfusam, qualis erat horum primorum Christianorum nondum claram & distinctam notitiam Evangelicæ doctrinæ habentium, partim beneficiorum suorum esse liberum dispens-

dispensatorem, qui sine mediis præter media & supra media agit, quoties ipsi placet, hinc vis illa sanandi per res istas naturales non fuit perpetua, sed semel tactæ fimbriæ & umbræ Petri ac sudariorum Pauli viscessavit. Fuerunt igitur hæc extraordinariae curationis symbola; sed ut propter hoc symbolicum officium adorarentur nec mandarunt Apostoli nec a quoquam præstítum constat. Et quid Petrus, qui noluit adorari vivus a Cornelio, jubere potuit adorationem sui cadaveris? vel passurus fuisset, ut coram umbra sua vel semicinctiis ad ejus essentiam nequidem pertinentibus homines procumberent venerabundi?

Conqueritur quidem Natalls cum Bellarmino Pontificiis nos inferre injuriam cum reliquias non adorent, sed saltē venterentur & flexis quandoque genibus colant. R. I. Aliud evincere ipsam aliorum Doctorum confessionem, qui candide & aperte docent: Reliquias sanctorum sive fuerint partes ipsorum, ut ossa, carnes & cineres, sive res aliae, quæ ipsos tetricerunt, vel ad ipsos pertineant, adorandas esse, quæ verba sunt Vasquezii in 3. Tho. quæst. 33. disp. 112. & disp. 113. cinctoria & sudaria Pauli, ait, adorationis cultu fuisse veneranda. Valdensis ex Damasco statuit non modo lignum crucis Domini, sed etiam sepulcrum, praesepem, clavos, lanceam, vestes, Sion & Golgotha loca esse adoranda, & eos veluti hereticos refutat, qui Deum quidem in his rebus aut locis adorari concedunt, res vero ipsas vel loca adoranda negant. Nec aliter loqui Jansenistas, patet ex responsō ab ipsis dato super miraculis, quæ edita ferebantur a sancta spina apud Ecclesiam Portus Regii, ubi vindicantes ea ab obtrectorum calumniis non semel dicunt: sacram illam spinam, quam ex corona Domini spinea deceptam jactitant, adorari; & magnam mortalium catervam adire Ecclesiam illam sisam ad spinam adorandam. Et sanctas Atoniales cum profunda veneratione spinam Dominicā coronā adorare. Et sic passim loquuntur. Huc quoque pertinet auctoritas Concilii II. Nicani, cuius hæc sunt verba: Ossa, cineres, pannos, sanguinem, sepulcra denique adorantes, illis tamen non sacrificamus. Baronius ad A.C. 821. S. XIV. dicit: Se a Clemente VIII. missum, ut exploraret & adoraret venerandum Cacilia corpus. Et Catechesis Tridentina in tertium praeceptum, quod ipsis est secundum, probat juramentum per reliquias, quod esse religionis actum nemo negare potest. 2. Aliud velle praxin, dum in reliquias spem salutis, & impetrandas gratiarum, & remissionis peccatorum fiduciām

ciam collocant, quod suadent Thomas, Gabriel Biel, Gregorius de Valentia, Concilium Tridentinum & ipse Bellarmius. Imo in *Processionali Caudorum*, qui sunt Gallæ Aquitanicæ populi, sudarium Christi invocatum fuit his verbis: *Sancte sudari ora pro nobis.* Sudarium Christi liberet nos a peste & morte tristis, quin & Joannes XXII. Papa orationem illam ante sudarium Christi recitantibus decem millium dierum indulgentias concessit. Judicet nunc Natalis ipse, quis mendacii sit arguendus?

3. Quomodounque vocare libeat cultum illum s. adorationem, quod candidius & rei plane consentaneum, s. venerationem, quod tanquam commodius ad obumbrandom cultus istius turpitudinem, parum resert, modo constet esse cultum religiosum, quod diserte satetur Natalis, qui desertur creaturis mortuis rebusque corporeis & inanimatis, quod nemo non videt esse crassissimam idolatriam. 4. Si saltem honorem reliquias sanctorum vindicat, frustra contra Dallæum de Cultu religioso (quem librum infastum & impium opus mentitur) militat, cum illum Dallæus non neget, sed potius asserat, atque omnibus commendet. *I. c. Lib. IV. c. I.* vid. Turret. *de necessaria secessione ab Ecclesia Romana Disp. III. §. 36. seq. Himmel, de Invocat. P. H. Claff. III. cap. 3.*

Rationibus hunc cultum in primis sequentibus impugnamus. 1. Est præposterus, quicquid enim corporibus vivis denegatur, cadaveribus inique vindicatur. 2. Idololatricus, cum contra verbum Dei suscipiatur, & viam sanandi, ac salvandi soli Deo propriam, ossibus aridis, demortuorum sepulcris, vestium laciniis & reliquis quisquiliis, imo saepius pecorum pecudum quelatronum & furum exuviis adscribat. 3. Gentilis est, apud gentiles enim usitatum fuit corpora præstantium virorum in loco ignobiliori condita ad nobiliora monumenta magna pompa ac solennitate transferre, ut ostendit historia de translatione cinerum Demetrii ex Syria in Græciam a filio Antigono regia plane pompa instituta, quam describunt Volaterranus & Sabellius. Plutarchus in *Theseo & Cymone* describit pompam, qua ossa Thesei post annos 400. ex insula Scyro Athenas fuere translata, ac si ipse Theseus in urbem rediisset: quæ omnia amice conspirant cum moderno Pontificiorum reliquiarum cultu. 4. Ludicus quandoque est & ridiculus, dum tales ostendunt reliquias, quæ cachinnum potius quam devotionem excitant; ita asserunt Josephi Galitum exceptum eo tempore, quo tanquam faber ligna, anhelans, se-
cabat

cabat in phiala prope Blesas in vico cui nomen Courchiverini: porro sonum campanarum Hierosolymitanarum, unam ex pennis, quæ Angeli Gabrieli alis excidit; parvulum & eximiolum Archangeli Michaëlis pugionem, quo Draconem diabolum confecit. Georgius Schererus celebris olim Jesuita ipse fatetur in *Poſtill. Conc. Dom. XXIV. Trin.* sibi notum esse quendam, qui adserere non erubescat: *ſe non nihil habere de oleo, ex lampadibus quinque virginum prudentium; & aliud qui particulam jactari vix illi, quod Christus gestarit infernum expugnaturus; imo aliud quidem animæ in purgatorio sudantis ostenderit.* Et hujus furfuris quoque est columnæ illa super qua Gallus ἐφώνει, quæ etiamnum Romæ, uti refert Hermannus Bavinck *Lipsiographus Romanus*, at quis Evangelistarum, quis Patrum, quis Historicorum Ecclesiasticorum adseruit unquam, gallum illū columnæ insedisse cum cantasset? nihilominus hancce columnam devote Romanenses colunt & adorant, ut ait idem Bavinck. 5. Ipsiis quandoque Pontificijs contrarius, v. g. offa Joannis Baptistæ plurimis in locis ostenduntur, quæ tamen, uti Gabriel Bisciola Epitomator Baronii asserit, infamissilius Apostata Juliani jussu igni fuere absumta & cineres eorum passim dispersa, imo Durandus & Montevillanus uterque Pontificius solum digitum indicem a flammis indemnem f. immunem perstitisse asseverant. Calceos Joannis Parisis ostendi ait Wolfius; quomodo vero conciliari cum Parisiensibus poterit Xavier, qui scribit Joannem Baptistam pedibus nudum incessuisse; & hoc sane austerae Joannis vita convenit, convenit etiam eremo, (qualem sibi Papæ fingunt) quippe in qua nulli sutores erant, ut ibidem additur; aut E. Xavier mentitur, aut Clerici Parisenses, nisi dicere velint: Joannem festis duntaxat diebus non vero profestis usum calceis fuisse, porro Romani venerantur præsepe ligneum Servatoris, quod tamen Baronius magnum Ecclesiæ Pontificia Lumen ac Decus in *præfatione Annal.* in rupe excisum fuisse docet; sed quis conciliabit hæc duo *ἀντίφατικα?* præsepe sc. in rupe excisum & tamen ligneum esse; at fortasse in Iudea fuerunt olim rupes lignæ! 6. Est absurdus; dum ea quoque inter reliquias numerantur, in quibus nihil sanctitatis concipi potest; e. g. Laqueus quo Judas se ipsum suffocavit, pendet in quadam columna Romæ in Ecclesia S. Petri, de quo *conclusiones Theologicae Viennenses*, Anno 1430. publici juris factæ, ita fabulantur: Der Strick oder das Seil/darauß sich Judas erhängte/ist zu Rom in S. Peters Münster/und ist gar
 E

ein grosses Seil/ich hab es dict gesehen; u. da der Strick gehendet war
da floch Marien gemahlet Bild von der Wand an ein ander Wand.
Das sagt man zu Rom für eine Wahrheit: Quid sanctitatis esse potest
in tessellis militum, quibus usos eos Papæorum Doctores nungantur, dum
fortiti fuere vestes Christi? eas tamen ostentant Papæ, etenim altera Tre-
viris, altera in Hispania in templo Salvatoris velut sacrosancta res adser-
vatur, ait Liber de exuviis & spoliis & reliquiis sanctorum apud Wolfi-
um in *Lectionibus Memorabilibus*. Quid sanctitatis esse credamus in tri-
ginta argenteis, quos nec Christus tetigit, nec sanctus aliquis Apostolus,
sed Judas & Judæi? at eos tamen modo citatæ *conclaves Viennenses* post
Christi passionem toto orbe dispersos & sanctis adnumeratos reliquiis esse
contendunt. Quid sanctitatis esse putemus in cauda asinæ, cui insedit Sal-
vator? nec enim caudæ insedit creditur sed dorso; illam nihilominus in-
ter sanctas reliquias ostendunt Genueæ, quemadmodum modo allegatus
liber de spoliis testatur. Quid sanctitatis inesse arbitremur forcipi, qua clav-
ier crucis Dominicæ extracti fuerunt? at resert Gonzaga apud B. Dorsche-
um in *Dissert. de Tunica Christi inconsutili, in provincia S. Antonii inter*
sacras reliquias alias etiam ostentari aliquid de forcipe illa, qua non cor-
pus Christi, sed clavi tacti fuere. Numerant porro inter reliquias coronam
Christi spitem, scuticam qua flagellatus est, lanceam qua corpus in cruce
eius prossum, clavos quibus cruci affixus est &c., hisque religiosum cul-
tum deferunt; at hæc instrumenta sunt crudelitatis, qua Christi corpori
injuria intulere, si autem sunt religioso cultu veneranda ob sanctissimi corporis
Christi contactum ut loquuntur, cur non Judam quoque, milites,
crucifixores venerantur, qui itidem corpus illud sanctissimum tetigere. 7.
Est incertissimus; de reliquiarum enim verarum distinctione à falsis non
dum inter ipsos Pontificios convenient. Litigant inter se tot sacerdotibus urbes de
iisdem reliquiis, quas singulis persuasum, se habere, negantibus ceteris,
ut mirum sit Papam infallibili illa assistentia Sp. S. verū à falso non dijudi-
care, & contentionis gravioris flamمام extingue. Ihus digitus Index:
Joannis Vesontii est, Tholose est, Lugduni est, Florentiae est, apud Bitu-
riges est, & prope Mascum in ædibus Johannis Fortuiti est, ceu Wolhus
commemorat; sex itaque digitos indices in una dextra habuit Joannes,
qui septem si addamus illum quem Baronius in Insulam Melitem trans-
latum dicit, imo octo si adjiciamus & illum, quem Halla nobilissima Sa-

xoniæ

xoniz civitas, nobilissimique salis puerpera ante exutum Dei benignitate
 Papismum in æde Mauriana ostentabat aureo inclusum sacrario. ut pa-
 tet ex *descriptione reliquiarum Hallensium Anno 15XX.* Halle excusa
 Octo digitis hisce indicibus additæ pollicem & reliquos tres d'gitos, & habe-
 bis dextram Baptiste duodecim digitorum; monströsior proin exitit Jo-
 annes, quam ille, cuius mentio 2. Sam. XXI. 20. De corporibus Mago-
 rum, qui recenter natum Christum adorarunt tot fere in Papatu certanc
 urbes, quorū olim de patria Homeri, Bonus & pauper Lazarus, ut alter Ge-
 ryon tria habet corpora, unum ehim Massiliæ, alterum Augustoduni, ter-
 cium Avalonæ ostenditur. Colonia & Glassonium in Anglia dīgladiantur
 super corpore S. Ursulæ, quod in binis pariter illis locis reperitur. S. Hip-
 polyti corpus Romani & Austraci sibi vindicant &c. Treviris & Roma ja-
 cant tunicam Christi inconsutilem. Calvinus in tr. de Papistarum reli-
 quis, quem Jacobus Eisenberg in lingua vernacula transtulit numerat
 14. clavos crucis Christi passim monstrari solitos; titulum cruci Servato-
 ris impositum arrogant sibi Tolosani & Romani; fragmenta ipsa crucis
 vero, inquit Erasmus, in acervum si redigantur, vix una navis oneraria
 veherat, hinc necessum est eam in immensum excrevisse postmodum, quod
 et si ridiculum, divina tamen omnipotentia factum, non erubescunt sa-
 cerdotes cœcæ plebi persuadere. 8. Mille fraudibus & imposturis est ob-
 toxius; ita Genevæ ante lucis ortum pro Antonii brachio cives de oscula-
 ti fuerunt cervinum membrum, ut refert Spanhemius in Geneva refutata;
 & præter alia infinita exempla, facetam in hanc rem recitat historiam
 B. Heerbrandus Academia Patriæ celebris olim Professor Theologus in
 T. II. Disp. Theol. disp. LXVII. de multiplici Papatus idolumanis, cuius ver-
 ba hæc sunt: Fuit ante annos circiter nonaginta Rotenburgi ad Nicrum
 sacrificulus quidam vulgo, et ex cognomine Pfaff Isæ dicitur, homo in-
 geniosus, qui cum Romam sive religionis sive alia de causa se contulisset,
 factus est Pontificis Romani Indulgentiarius. Rediit itaque in patriam re-
 liquis instrutus penna ex Archangeli Michaelis ala, cuius virtutes, ut fu-
 is disertus, mirifice commendavit, ut merces suas extruderet, quantum
 que inde saceret maximum. Accidit autem, ut quodam Sabbatho vespe-
 ri diverteret Altinge, qui est pagus non procul Tbinga distans; ubi cum
 genio indulgeret liberius, negligenter suas reliquias custodire cepit, vino
 magis deditus quam sacro. Factum est itaque, ut ex theca reliquia sacra

surriperentur. Mane postquam surrexisset sacrificulus, requirens suas reliquias, quo merces suas exponere & populo ostendare posset, sublatas esse videt. Nil igitur cunctatus, nec dissimulans, quod hospitam esse conscientiam judicaret, recta instabulum descendit, eque proximo praesepi pauxillum feni adripuit, suaque inculxit theca; ha mea, inquiens, sunt reliquiae. Quod cum hospita vidisset, ridere illas reliquias cepit; Atqui, inquit ille, jam in templo, sacris modo interfas, oscularis. Quod cum facturam se pernegaret, indulgentiarius pactus est symbolum. Finita concione impostor pro more reliquiarum suarum virtutes divinas proptermodum coram populo nimis credulo deprendicare coepit: esse sc. Fanum illud super quo Christus recentatus in praesepi Bethleemitico recubuerit, tantaque habere virtutes inter reliquias alias, ut quae eas exosculetur, eodem anno a peste, quem passim in Ducatu grassabatur, effe invunis. Praterea arcere etiam omnes adulteros & adulteras, ut accederent non possent, nec illas exosculari. Hospita imposturarum conscientia diu cunctata, quod de lucello aliquid decederet, tandem de sumtu maluit quam de fama periclitari, quod de pudicitia alias suspecta esset. Accessit itaque postremo loco, sui stabuli reliquias exosculans: cui sacerdos submissa voce en Advenis! dixit. Hoc modo laudatus Heerbrandus. Plura hujus furoris exempla collegit Rivetus T. III. f. 1251. conf. Wolf. Memorab. T. II. f. 233. seq. 985. seq. Mitternacht Dissert. hist. dissert. II. III. IV. Valck. l. 6. q. XIV. p. 292. hinc & 9. passim ab ipsis Pontificiis improbatim imprimis Cassandro Art. XXI consult. qui post notatos multos abusus & imposturas, quae tempore Basillii incipiebant irreperere, de reliquiarum nundinatione ita: Cum igitur, inquit, vera & coperta reliquia, praesertim in his provinciis per pauca sint, & multa ex iis quae ostentantur, non temere suspecta haberipossint, atque illarum frequentatio non multum pietati, plurimum vero superstitioni & questus serviat, multo consultius videtur, ut ab omni reliquiarum ostentatione abstineatur, & populus veras sanctorum reliquias colendas i. e. ad exempla sanctitatis quae in scripturis vel ab ipsis Apostolis vel de ipsis extant imitanda provocetur. Imo ipsum Jus Canonicum nobis suffragatur, quod Caus. XXII. Quest. I. l. 9. pronuntiat: Clericum per creaturas jurantem acerrime objurgandum c. 10. ibid si quis per creaturas juraverit, acerrime castigetur. & c. 16. ait: jurare per creaturas malum est, quia a Deo prohibitum est, quod tamen Catechelis Tridentina, ut supra ostendimus, probat.

Restat

Restat adhuc probare ignotam fuisse Lipsianolatriam Antiquitati, quod pater 1. quia Martyrum & sanctorum corpora diligentissime sepeliverunt primi Christiani, nunquam id facturi, si eorum corpora adoranda putassent; hinc Antonius apud Athanasium in ejus vita eos, qui Martires non humarent, sed apud se in lectis servarent, gravissime objurgavit. 2. Vetusissimi trium primorum seculorum Christiani, nequidem Divos coluerunt, quorum esse dicuntur reliquiae. 3. Talis cultus nulla in Vetusissimum Theologorum mentio occurrit, ne in iis quidem locis, quibus, ille si obtinuisset, non modo opportune sed pene etiam necessario dicendus erat. 4. Patres restitutas & anima carentes adorari non modo nefas sed & scutulum ac ridiculum esse contendunt in suis adversus paganos disputationibus, eosque irrident ea colentias, quae custodiuntur ab hominibus, quæque & hominum, & ignis, & imbricarum, & aliis naturæ injuriis obnoxia sunt, & quæ denique oppignerare licet, quæ omnia in reliquias cadunt. 5. Et reliquiarum cultum nostris Pagani post annum quidem CCC. exprobrarunt, ante id vero tempus nunquam objectarunt: Cultus igitur hic sequentibus demum seculis successive fuit introductus; primo coepit ad sepulera Martyrum ecclæstici celebrari & quidem die passionis eorum, ad solemnitatem eorum celebrandam & imitationem excitandam. Progressu temporis sub Constantino M. effossiones & translationes reliquiarum ex sepulcris obscurioribus ad celebriora fieri cooperunt, quod quidem bona intentione factum, ut nempe gentilibus, qui etiam clarorum virorum corpora magna solemnitate ad clariora monumenta transferre solebant, commendabiliorum redderent religionem Christianam, postea morem sepeliendi Martirium corpora exceptit nova ratio condendi λειψανα sub altaribus, cuius nullum Ambrosio exemplum antiquius, nec potior ratio occurrit, nisi locum delectum in majorem honorem sanctorum fuisse, aut si conjecturis locus: Veteres existimasse orta persecuzione sub altaribus tyrannorum furori elapsis securius mansura λειψανα; huic vero consuetudini eti primæ simplicitati postponenda nil ante Damascenium religiosi cultus admixtum fuisse ex Ambrosio, Hieronymo & aliis Patribus coævis discimus. Nulla itaque proflus ante Damasceni tempora exiit λειψανα θρησκεια, eo autem florente atque Orientem illustrante, abiit veneratio reliquiarum in adorationem.

Primum ex Antiquitate testimonium Natalis adducit ex epistola Ency-

clica Smyrnensis Ecclesiæ de Martyrio S. Polycarpi, quæ extat apud Eusebiūm H. E. Lib. IV. c. 15. sed frustra, testimonium enim hoc nihil aliud probat, quam loca Christianos, quibus in signum Martyrum reliquiae humatae erant, mature frequentasse non ob religiosum reliquiarum cultum; sed tum ob memoriam eorum, qui certarunt, tum ad futurorum exercitationem & præparationem, quod neque nos neque Dalæum ferit, gratis itaque gloriatur hoc unico testimonio, quatuor propositiones Dalæinobiles se jugulare, quod insipienti Dalæum & epistolam Encyclicam Ecclesiæ Smyrnensis patet.

II. Ex eodem Eusebio Lib. VII. c. XVIII. alias XIX. ubilegitur: Sedem lignæam Jacobi Apostoli fuisse saltem servatam, non cum magna veneratione habitam, quod Ruffinus & Valensius de suo addiderunt. Locus ita habet apud Eusebium: Jacobi Apostoli sedem hucque servatam, qui iis locis ordine successerunt, fratres per spiculæ curulis ostendunt, adeo circa sanctos viros propter pietatem retinebant olim retinentque hodie condignum honorem. Sed quid hæc ad rhombum? nos contrarium potius ex h. l. probamus, ita inferendo: Si primis trecentis post Christum natum annis in usu fuit reliquiarum honor religiosus, cur id Eusebius non expressit, condigni tantum honoris mentionem faciens.

III. Dicit & asserit in Vigilantio hanc nostram doctrinam jamjam ab Hieronymo fuisse damnatam. Sed quæro a quonam Natalis Protestantum audivisti reliquias Martyrum immundas esse, cilicio colligandas & in sterilium projiciendas, qui tamen, uti refert Hieronymus, error fuit Vigilantii; & certe Hieronymus nobis non est adversus, honorem enim saltem non cultum religiosum sanctis & ipsorum reliquiis vindicavit, quem & ipsi commeadamus; non tamen inficiamur Hieronymum in æstu disputationis fuisse abreptum & inconsiderate locutum, & hominem ipsum fuisse tot inconstantia specimina, quæ passim edidit, clamant. vid. Heidegg. l. c. p. 774. seqq. 833, propterea Erasmus ipse fassus est, ibique egisse Hieronymum cum Vigilantio, magnus alias Hieronymi admirator.

Reliquia Patrum testimonia, quæ Natalis magno numero allegat, vel contra contentum reliquiarum disputation, non vero religiose eas adorandas poscunt, vel in alienum & peregrinum sensum detorta vel pseudopigrapha sunt, vel Patrum sequioris ævi, qui incutius & nconsidatius locuti sunt sæpius, quoque ævo honor sanctorum reliquiis debitus jamjam sensim sensimque degeneravit in superstitionem.


T A N T U M.


00 A 6314

56.

4

41





FALSITAS, VANITAS,
NOVITAS,
Sacrificii Misticati, Cultus Angelorum,
Sanctorum, & Reliquiarum
religiosi,
ASSISTENTE S.S. TRINITATE,
PRÆSIDE
*Viro, Summè Reverendo, atque Dignissimo
DOMINO*
JOH. CHRISTOPHOROPFAFFIO,
S.S. Theologiæ Doctore, Ejusque in Alma Eberhardina Professore Ordinario, Celeberrimo, Ecclesiæ Decano Specatissimo, & Ducalis Stipendii Superattendente Gravissimo,
Præceptore atque Patrono suo omni observantiæ & obsequii cultu piè Devenerando.

Ostensa,

publicoque examini proposita,
D. 29. Maij H. Lque. S. An. MDCCXIV.

Ab Autore

M. JOHANNE ÆGIDIO HAAS,
S.S. Theol. Stud.

TUBINGÆ,

Literis HIOBI FRANCKII.

